



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

Februarius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

& salutis nostræ sempiternæ non solum negligentes, sed hostes capitalissimi, torpemus in nostra meliori causa, nihil in tota mensuri aternitate, nisi cuius brevi nunc vitæ hora sementem fecerimus? Evigilemus tandem, & aliquid sobrii consilii incamus. Si nobis centenari labore millies tantum lætitiæ ac deliciarum deferatur, magna profectò & quæstuosissima gratiâ præsteretur. Unius horæ patientiâ cum aternitas omnis suis exūdans gaudiis defertur, quæ mente nos esse necesse est, quam diligenter, & avidè hora illâ uti, vitæ scilicet hujus brevitate. Planè si quidem ait D. Augustinus: *Pro aterna requie, labor aternus subeundus esset, & aternam fœlicitatem accepturus aternas passiones sustinere deberet.* Quanto magis delectationes horrere noxias, ac momentaneas, aeterno nihilominus cruciatui nobis futuras. Si quod est damnum, quod deberet nobis extorquere ex oculis lachrymas, è pectore suspiria, ex ore lamenta, deberet esse damnum temporis. Dic ergò cum Poëta.

*Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum:
Quisquis potest rebus succurrere, nemo diebus.*

I. DIES FEBRUARII.

Dignior sequetur effectus, quem ferventior præcedit affectus. *S. August. Epist. 121.*

Novus mensis, novo inchoandus fervore.

ECce hic secundi mensis diem primum, qui ut animo tuo sit secundus, debet tibi esse cura prima. Ut hujus mensis tempore utaris cum fœnore, multum conducet, si præcedat,

cedat illius benè utendi fervens desiderium. Ne
 secundum mensuram affectus, erit & effectus. Febru
 hic ex voto sequatur, in hoc elabora, ut tota tua quid
 jus mensis opera, sit opus bonum. Imò totum tuu ris, &
 negotium, sit mala pati, & bona facere. Velis, no deres
 semper, & ubique necesse est pati, vide ut cum usu unius
 patiaris. Hoc tibi certò persuadeas, plus patiend tur at
 esse, quàm vivendum, nec modum, nec partem vi prop
 esse expertem laboris. Unum malum quod patien tum l
 gradus est ad aliud quod patieris; & unus labor, omni
 hæres alterius; Si hunc fugis, sequentem non eff vita F
 gies. Labor aliquis tibi est certus, qui subeundus e III
 aut cum lucro, patientiâ, aut aum damno, pœniten ra, ut
 tiâ. Solum igitur commutare, possumus laborem Dei,
 non declinare. Vide igitur cui velis hujus ment velis
 quem hodie auspicias, laborem consecrare, tem utilit
 pori an æternitati, & in ea pœnæ, an gloriæ, Deo & pat
 mundo, tibi an hosti tuo? tuam

II. In hoc plurimi, ne dicam plerique pernicio plum
 sissimè errando hallucinantur, quod censeant, tione
 salute potiantur, non esse necessarium, tantum a ratio
 perfectionem conatum. O imbellis! Quid curas liu fr
 beatitudine tua tam miserè? de salute tua tam perni si tot
 ciosè? De gloria Dei tam abjectè, & limitatè, qua ria D
 est immensa? Amabo te, si salus tua penderet, non sic te
 solum ab observatione mandatorum, sed etiam a posth
 Christi consiliis, & simul in tua perfectione staret, & pere,
 dependeret salus omniū, qui fuerunt, sunt & erunt inter
 hominum, Angelorum, ac B. Virginis, & libratio labor
 Christi à cruce, ut tantum assequeris bonū, quan nem
 tum vix ullum potest esse majus, nonne quidquid in cher
 te est industriæ, quidquid posses subire laboris, quid suos
 quid fecti
 quid obse

quid valeres omnibus, & Naturæ, & Gratiæ, corporis, & animi viribus, id totum conatu toto impenderes, ut perfectionem assequeris, non nescius tui unius laborem, fore omnium salutem? Nunc igitur attende, & maturè expende, majus, quàm dixi, propono bonum, hoc est Gloria Dei, & beneplacitum Divinum, quod multò est majus, quàm salus omnium hominum per se considerata, & quàm ipsa vita Humanitatis Christi.

III. Cùm igitur tanti sint pretii singula tua opera, ut possis quolibet placere Deo, & augere gloriam Dei, seriò illa hoc mense propone sic aggredi, ut velis facere perfectiùs, quàm unquam antehac, ad utilitatem triumphantis in cælo, militantis in terra, & patientis sub terra, Ecclesiæ; ad Dei honorem tuam salutem, aliorum utilitatem, omnium exemplum. Sic perage quodlibet opus, ac si Deus ex creatione mundi, & redemptione hominum, & præparatione gloriæ pro hominibus, non expectasset aliù fructum, quàm hoc quod agis opus. Perindè ac si tota tua salus, & simul omnium hominum & gloria Divinitatis penderet de minimo tuo opere. Imò sic te in quovis opere impende, ac si aliud nullum posthac esses reperiturus, sed statim absoluto hoc opere, moriturus; ac ita illud opus foret, totius vitæ, inter omnia opera postremum. Ne igitur parcas labori levi, cum jactura meriti tanti. Ne frustres finem tuum, sed conare imitari cum gratia Dei pulcherrimos conatus naturæ semper curantis fructus suos meliores quoad possit producere tibi, ut tu perfectiori modò possis servire Deo. Memineris semper obsequia tua omnibus modis diminuta esse, nec posse

se fieri æqualia Gloriæ, quæ tibi promissa est, & pœnis inferni quas meritus es, nec laboribus Christi quos pro te pertulit, nec beneficiis Dei, quibus oneravit, nec ejus bonitati immensæ, cui tu servis.

2. DIES FEBRUARII.

Quidquid Maria egit, disciplina est,
S. Ambros. lib. 2. de Virginibus.

Invocanda **I**
Deipara.

TRes hodie in Templo Salomonis, veluti in celeberrimo theatro, personam sibi à Deo impositam, summa cum dignitate sustinebunt. Infans, Virgo, Senex, Infans simul, & antiquus dumtaxat, Virgo simul, & Mater; Senex simul, & Vates. Infans, Filius Dei; Virgo Mater Dei; Senex servus Dei, Jesus, Maria, Simeon: quot nomina, tot Numina. Quidquid egerunt singuli, disciplina est. Primus fuit ordine, qui primus dignitate, Jesus. Ingressus est Infans templum ut observaret legem, qui ipse tulerat legem. Sed quidquid ipse fecit, nobis imitatio est: quia omnis ejus actio, nostra est instructio. Christi imitatio, Christianorum est perfectio. Hunc Infantem sequi est dignitas, assequi foelicitas. Non est quod timeas falli, dum crucem pro delictis, opprobria pro honoribus, nuditatem pro opibus suadet; qui suadet, est Veritas, nec erravit, qui suadet, est Sapiencia. Nec est, quod diffidas, est idem summa Bonitas, summa Potentia: his tamen rebus te redemit, & speras te aliis redimendum; Tua salus iisdem operibus incipitur, & perficitur. Hic te Christus voluit redimere.

dimere, sic tu velis redimi. Non decet aliã viã incedere membra, quam eã, quã præcessit caput. Ad illius ergo mores vitam tuam compone, cujus vita est omnibus vivendi norma.

II. Sequitur nunc Maria, quæ quidquid egit, agendi fuit disciplina. Ingreditur Templum, non tam in Templo purganda, quam ipsum Templum purgatura. Utpote quæ non tantum sine macula erat tota pulchra, sed ipsa pulchritudo: nec tantum erat Gratia plena, sed ipsa gratiarum plenitudo. Soles adire Templum orationis fundendæ, hoc est elemosynæ pro Animo petendæ gratia, sive ut sti pem gratiæ impetres; adest jam in Templo, hoc est in domo orationis illa ipsa cui à Filio indultum est jus dispensandi gratias, quæ velut Materfamilias in domo Dei habet claves misericordiæ. Clama, exaudiet; pete, dabit; quære, invenies, pulsa, aperiet, spera, in ipsa est omnis spes, hæc non confundet. Crede verum esse illud sancti Præsulis pronuntiatum. (a) *Citius calum cum terra perierit, quam Maria aliquem serio se invocantem, sua ope destituat.* Es rerum omnium inops? pete opem. Pudeat aliquem mendicum ardentius postulasse vilem pro corpore elemosynam, quam te pro Animâ Gratiam. Tu hic corã Virgine omnium mendicorum opta induere affectus, ut obtineas vel minimam stipem Gratia: sequetur, nullus dubita, ex tanto affectu, quem optas effectus. Ab illa enim aliquid petiisse, obtinuisse est.

III. Succedit in schenam tertius, non annis, quàm meritis senior, Simeon. Is excusso gravis ætatis tepore, non gradu, sed cursu, per Templũ, velut stadium,

F 5

dium,

(a) *Blossius spec. Spir. 6. 12.*

dium, ad Infantem quasi ad metam, ad Infantis conspectum, velut ad curriculi brævium, properat. Quem ut intuitus est, mox stupore defixus, amonitonitus, sacro horrore perfusus, hæere, fluctuante velificari desiderio; nunc ulnas, ut accipiat protendere, jam ne accipiat, retrahere; eum ferè mentis inopem lætitiæ copia fecit. Non satis erat, quem tot annis spe vivendi devoraverat, oculis tantum liberare, nisi brachiis constringeret. Suscepit ergo in ulna necdum unius ulnæ Infantem, sed quem nec cæli nec cæli cælorum capere possunt. Cùm sacrum illud pondus, quod (a) omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit, gestaret, quasi ab eo gestaretur, nullum sentire onus (erat enim is, cujus onus leve) caligantes senio oculos in puerum iterum, iterumque demittebat. Optabat jam totus esse oculus, ut illum toto obtutu videret, quem semper videre, salus est videntis. Tandem petit dimitti in pace, & ut eâ fruatur, cupit occumbere morte. O mortem verè vitalem; mori præsentem eo, qui est Vita nostra vitæ. Quidni exclamem, & acclamem sic morientis

Felicem sortem, sic posse occumbere mortem!

3. DIES FEBRUARII.

Non habemus quod in morte timeamus, si nihil quod timendum sit, vita nostra commisit. *S. Ambros. de bon. morte. 18.*

I. Patet

(a) Sap. 11.

Februar.

Tessera.

91

Mors non I. **P**atet hic ingressus in laxissimum
est mala, ubi vita fuerit bona. **P**atet hic ingressus in laxissimum
campum, dum hic agimus de
Animæ ex hac vita egressu. Qua-

tuor novissima, ut par est expende, e-
runt tibi ad Bonum calcar, à Malo frænum. Ordior
à parte novissimorum prima, quæ est finis vitæ.
Nihil esse in morte timendum, si nulla ante mortem
commisimus timenda, docet prædicta tessera, Scio,
insanum hoc esse iudicium vulgi; quis unquam pi-
ctorum ausus est mortem pulchritudinis, ut ea nihil
sit timendum, coloribus exprimere? Quis aliter eam
delineavit, quam sine fronte, sine naso, sine pilis, sine
labris, sine oculis, ossium aridorum compagem, &
naturæ monstrum informe? Quis pulchrum credat,
quos horrent omnes? Quis amabile, quod horribiliū
omniū existimatur horribilissimum? Vide quid mors
moliatur in homine. Fædat genas, extinguit lumina,
speciem evertit, totum hominē dehonestat. Hic er-
ror est Phantasiæ, non sensus Prudentiæ. Horreat
mortē, qui turpem vitam agit. Quod phantasma pi-
ctorum est, hoc mortē esse existimas? Error est popu-
laris. Terrētur mortales ut pueri Empulis, & lamis.

II. Vulgus, bonorum maximum vitam putat,
mortem malorum primum. Fallitur, atque ut in cæ-
teris bonis aberravit, ita in maximis maximè errat.
Vita potiùs maximum malorum est, si non benè vi-
vis; & mors bonorum maximum, si non male mo-
riaris, nec male morieris, si non male vixeris.
Vita non bona; spatium malis, & sceleribus laxat,
mors non mala, finit mala & miseras. Non est ergò
mors mala, nisi illis qui fecerunt malā pessimā vitā.

Quapropter vis mortem ad vivum pingere? Pinge
vitam

ram, qualis vita, talis mors. Non est mors homini
ut pecudis: non est Animæ interitus, sed transitus.
Turpem mortem sola peccatorum scditas facit. Vnde
non timere mortem? Time peccatum, quod est
pendiū mortis. Nullus titulus est mortis odio, plu-
rimi desiderio: sive respicias quid ipsa sit, sive quid
ipsi accedat, sive mala quibus asserit, sive bona qua
inferit, & quia ipsa malum non est, & quia bonum
est: quin licet malum esset, non compensaret bona
quæ confert; licet bonum non esset, non exæquaret
mala quæ aufert. Quare non est Sapientis, mortem
metuere, quam nequit effugere. Sed Sapientis est ni-
hil admittere in vita, cujus illum poeniteat in fine vi-
tæ, & ita corpori vitam dare, ut Animæ non auferatur.
Peccatum est mors Animæ: si mors hæc non
corporis jungitur, damnatio sequatur necesse est.

III. Illam homini Deus, illam animantibus om-
nibus, illam rebus omnib⁹ conditis imposuit neces-
sitate: ut sicut cæperunt aliquando, sic olim inte-
reant. Si quam Deus vitam ceu depositum tradidit,
eandem quando lubet, reposcit: qui adeò natura
mirum, aut insolens? Omnium versatur urna. Ex om-
nibus qui ad hanc ætatem ab orbe condito vixe-
runt, aut vivunt, aut victuri sunt olim, eximitur
quenquam ab hac adamatina lege, & ferrea neces-
sitate, vel eximet aliquando diadema regiū, Impera-
torium paludamentum, fascēs consulares, victoria-
rum claritas, opum magnitudo, amicorū potentia,
devotio clientum, Sapientia, robur animi, corporis-
que, aut etiam vitæ sanctitas? Nec alia debet, aut po-
test reddi ratio, quam quod fuerint mortales. Quid
mirum mortales mori? Mortalium, ut mortalia sunt
opera,

opera, sic & vita. Mors intolerabilis est illi qui prius suis non est mortuus cupiditatibus, & totum exspectat simul absorbere interitum: dum videlicet moriente corpore mortali commoritur Anima immortalis. Necesse est ergò mors sit gravissima illi, cui multa moriuntur morte sua. Unius rei jacturam gemimus, aut honoris, aut voluptatis, aut amici, quantum dolor erit, uno omnia perdendi ictu, uno totam vitam amittenti momento? Vivebat in illo turbarum Luxuria, Superbia, Avaritia, Invidia, Accedia, hæc illo uno moriente moriuntur omnia. Noli ergò infamare mortem quasi malam, & accusare quasi timendam. Quippe

Præstat morte mori, quam vitam ducere mortis.

4. DIES FEBRUARII.

Quid est diu vivere, nisi diu torqueri?

S. August. de Verb. Dom.

Mortem optandam reddunt miseriæ humanæ. **I.** **N**ihil in vita miserius ipsâ vitâ. Ut verè nil aliud sit vivere, quam torqueri. Quid enim habet, ut ita optetur vita optabile? Nisi malorum consensionem, miseriarum pertinaciam? quarum tanta est multitudo, ut multi illas non timeant, quia multæ. Lyces Princeps censuit, vitam esse supplicium Animo, simile illi quo vivi cadaveribus constricti, os ori, pectus pectori, manus atrocissimè cruciabantur. Anima illa, Divinæ particula auræ constringitur putri, fluidoq; corpori,

ri. Quod si quis posset, quaquā patet universus orbis, oculos circumferre, & lynceis effoderet oculis mausolæa, vermium caveas saginantium se saginatis? si lustraret omnes angulos orbis, & sordes aspiceret, quibus celebrantur fundamenta, quibus dedicabatur nostra miseria, doloribus matris, fletibus infantis? Quid si penetraret cubilia, & pectora? lachrymantes videret & optantes: videret fastidientes, hunc defflere sponsam, illum liberos, hunc famelicum, illum nauseantem: hunc anxium pro necessariis; illum sollicitum pro superfluis. Quid si nullam reperiret sine ludo fortunæ domum, nullam sine lachrymis, nec ullum in domo incolam sine suspiriis? Quid si tot, quot dolor exurit, quot morbus infestat, quot curæ divexant, quot cupiditas rotat?

II. Certè tot calamitatum veluti spectris attonitus, & territus, tæderet illum vitæ, qua sic miseris morimur; qua sic in nobis miseriæ vivunt. Quot sumus hic circumsepti undique calamitatibus audite ex Ethnico Satrapa. Ita M. Aurelius Antonius: (1) *Si singuli linguâ palam exprimerent, quacumque clam in corde sentiunt: Cælum credo suspiriis rumperent, humumque lachrymis inundarent.* Quam vastus debet esse dolor, quo per suspiria in apertū erumpente, velut fragrosū tonitru nubes scinderet, aerem finderet, cælum rumperet. Nec id supra fidem. Quia dolor animi minimus, major est dolore corporis maximo. Omnibus quippe, quæ corpus investant, malis subsidium quo illud, vel tollerent, vel minuerent, vel minuerentur, invenerunt homines. At si æzumnosum cor loquatur, nemo audit si intus lachry-

(2) *Epist. ad Casulam.*

chry-

chrymetur, nemo videt, si queratur, nemo credit. Quid igitur tali faciendum, nisi ut vitam, qua moritur, odio habeat; mortem, qua vivit, amet? Unde magni viri virtus Heroica non in tolerandis corporis doloribus, sed in dissimulandis animi affectionibus consistit.

III. Illa enim quæ sunt in penetralibus abdita pectoris, humores perturbant, sine ullo gestuum externorum indicio; febrem accendunt sine pulsus variatione, homines prosterunt, in genua dejiciunt, undis ore tenus mergi, mori tandem vitâ non amissa cogunt. Denique vitam prorogant, ut mala plura irrogent, tumultumque negant, ne in eo quiescamus. Si quis furentibus circumseptus feris, hinc irrudentem inspectaret impetu tygridem, inde apertis unguibus leonem, inde tortuosum colubrium, aut plebem undique ferarum, ursos, tauros, lupos, dipladas; ad hæc impeti telis undique, circumquaque pericula hauriens, quæ major ipsi videretur felicitas, quam beneficio mortis, eripi tot periculis, absolvi periculorum metu? Anne minor erit favor, eripi malis majoribus? Circumdant nos, imò inundant in nos, cupiditates ferocissimæ, dilacerant nos votis, fortuna jaculis nos sauciat fortiter; ubique malorum ambitu conclusi sumus, undique miseriæ invadunt; quædam invasuras se minantur quædam quia invaserunt, cruciant; imò jam omnes cruciant, dum minantur aliquæ: quin & timor ipse minarum, facit pœnas. Sola mors vorat tot mala. Omnium malorum remedium est, quo desinunt omnia. Quis igitur mortem non prehenset, & optet mori, ut in hac vita desinat pati?

5. DIES

5. DIES FEBRUARII.

Vitæ hujus principium, mortis est exordium. *S. Amb. l. 2. de vocat. Gent. c. 8.*

Incipimus I. **V**ita nostra non tantum est celeri
mori, dum lanitate ferox, sed celeritate verox. Licet non sit
incipimus nasci. scura labentis temporis pernitas, tamen illam & intelligere clariùs, & sentire
nitiùs. Sive autem currum incitatissimum, quo rapiuntur omnia potiùs, quam feruntur, tempus
delicet, mensuram motus, cum philosopho, opinor; seu, cum Speusippo, solaris circuitus; seu cum
Alberto magno supremi orbis, seu cum Proclo, conversionum cælestium; ubique tamen fateri cogimur
& explosarum tormento glandium, & cadentis fulminis impetum lentum esse, præ velocitate qua
hæc nostra cum tempore avolat; quando jam non dubio calculo probant Astrologi fixas in cælo
las citatissima vertigine, ultra decies centena millia leucarum una hora quadriges obire. Hoc ergo
su hic vitæ habitus, quam spiramus, fugit: hoc passum jam inde ex quo sumus concepti, mors contra
rapitur: nec scimus quo nos vitæ nostræ, qualiter conscientie articulo deprehensura sit: scimus tamen
men tam brevi itinere, tam prodigiosa pernitate proruentem non posse longiùs abesse. Cur non igitur
tur illam momento quolibet parati expectamus?

II. Adhæc habet tempus, ut motum metiatur

succes

I. successione partium constantem, quarum nullam
 prius potest contingere, quam interierit præcedens,
 quare nihil junctim ac simul totum dona e nobis
 tempus valet, sed mancum, & mutilum, semivivum,
 & semimortuum, nam pueritiæ candorem juventu-
 ris vigore, & hunc senectutis judicio, ac prudentiæ
 interimmit, & cum angusta sint hujus vitæ dona, tam
 parcè præterea, & angustè distribuuntur à tempore,
 ut ne vitam quidem nisi particulatim largiatur, &
 hanc totidem mortis, quot vitæ distinctam, & com-
 minutam punctis; quorum unicum tantum, cum
 ex omni eo quod effluxit, venturumque est præsens
 teneamus, hoc ipsum ex æquo cum morte dividi-
 mus, omnemque pariter, quæ cum illo nobis mo-
 mento advenit, voluptatem. Itaque ut eques ingentis
 pretii ornatus, ac phaleratus gemmis, & navis gaza
 peregrinâ dives, in transcursu cerni, & delectare ne-
 queunt intuentes, sic ista cum prætervolent omnia,
 & fusis ad mortem habenis properent, quid possunt
 cuiquam afferre delectationis, nisi levissimum atque
 brevissimum?

III. O nos fatuos! ô inertes! ita præterit vita, ut
 ne vivere quidem discamus. Non enim vitæ, vel
 diuturnitate, vel brevitæ metienda felicitas, sed
 præclare illa utendi scientia. O Filii terræ! ô discipu-
 li vanitatis! nunc demum intelligitis avolare tem-
 pus alis non vibratis: fugere vitam pedibus non sub-
 latis: digladiari fortunam brachiis non commotis,
 commeatum petere mundum ne verbo quidem
 prolato: homines nos decipere immobilibus labiis;
 consumi carnem nemine advertente, emori cor
 nullis adjutum remediis, denique gloriam nostram,

ac si nunquam fuisset transire, mortemque nobis
 pullatis quidem foribus insultare. In primis brevis
 tas vitæ nos à vitæ hujus amore prolixè avocatur
 catque nos ad illius vitæ amorem, quæ adeò diu
 na est, ut semper sit. Quid vitæ inhæreamus,
 vix vita est? Quis vitam illam amet, quæ quò
 amatur, majora damna affert? Brevis hæc vita
 mat, amandam illam, quæ erit æterna. Loquatur
 Eucherius. (a) *Pro vita quam diligitis, legatione
 vos fungimur, ut hanc quam omnes exiguam amemus
 insinuamus ut ametis æternam &c. Itaque si ista
 quod tam arctum est placet, placeat magis, si potest
 perpetuum: & quod apud nos pretium habet, cum
 nem habeat, sit nobis supra pretium, si potest esse
 ne.* Non ergo inhæreamus perituris ne peream
 Quidquid in hac vita æstimatur magni ponderis,
 leve, quod putatur longi temporis, est breve. Sc
 enim Poëta.

Est hac vita levis, transe ut aura brevis.

6. DIES FEBRUARII.

Homo est flos tempestivè nascens, temp
 stivè marcescens. *Sanctus Gregorius Ni
 zianzenus Orat. 10.*

Homo
 flori si-
 milis.

I. **D**orothea quæ in Ecclesiæ
 ridario fuit virginitate
 um, charitate Rosa, anim
 demissione viola, voluntatis suæ cur
 Divia

(a) *Deo contemptu mundi.*

(2)

Divina conformatione, Heliotropium, virtutum
denique varietate non tantum tota florida, sed to-
ra flos, dum in ipso pubescentis ætatis flore hodie
carnificis gladio demetitur, hominem esse florem
tempestivè nascentem, tempestivè marcescentem,
demonstrat. Ino est solstitialis herba, aut deciduus
brevis ævi flosculus, mane ridens, guttulis intermi-
cantibus affluens, inhians soli, & totum sinum suum
aperiens, qui sole oriente pubescit, occidente tabe-
scit, nec diei prius finem sentit quam vitæ. Rem hanc
sacro emblemate illustrat Job, dum ita loquitur de
homine. (a) *Qui quasi flos egreditur, & conteritur.*
Quasi idem illi sit nasci, & mori, incipere, & desine-
re. Vix oritur, & ecce moritur. Paulò ante in utero,
paulò post in tumulo, heri in thalamo, hodie in fe-
retro. Heri canebat epithalamium, hodie legunt
ejus epitaphium. Vix supra tertam oculis se objecit,
mox infra terram oculis se subduxit, dum apparuit,
simul evanuit.

II. Verè homo flos, & quidem quo nihil fragilius
(b) *flos fani*, quem tamen nulla pruina coquat, nec
firiis exsiccet, nec ventus quatiat, nec rodant vermis,
nec carpat unguis, nec contundat aratrum, per se ta-
mè occidit. Flos cujus vigor & species unius dieculæ
spatio, ac ne toto quidem, circumscribitur: cui possis
oraculū illud inscribere: (c) *Mane floreat, & transeat.*
Talis flosculus erat Adolescens ille Evangelicus Filius
unicus matris suæ. Incurrit enim verò etiam nū fune-
sta illa cupressus, & vespillo mæstus, & lectulus rosæ
coronatus, & turbarū sonus, & matris lachrymæ, &
matronarū nœniæ, & libitinarius omnis apparatus.

G 2

Illa

(a) Job. 14. 2. (b) Isa. 40. 6. (c) Psa. 89. 6.

Illa gemma quæ in florem, atque fructum expan- nibus
 bat se ad orientis solis dulce lumen; exiguo frig- us die
 decussa est; columnen familiæ eversum est, & bonis
 paulò ante sanus & vivus in omnium oculis feri in hia
 tur, jam mortuus funus affertur. Caduca vitæ tant
 sessio est, non opus est ut labatur violentia, per bl- gantu
 dimenta concutitur. Stultè nimio studio retinere cana
 lumus, quod undecumque dilabitur: stultè fugis. Est
 quod qualibet digrediaris via, veniet, aut quo-
 nies.

III. Furibunda, & cæca mors indies grassat
 & in quosvis sine discrimine debacchatur. Non m-
 vetur dolentiū lachrymis, supplicantium precib- Mor
 non exhorret potentiam superbi dominatus. Ni S.
 facit Dynastarum purpuram, diadema Regum
 gemmeas Pontificum tiaras, & satellitum armife- Mors
 cohortes. Cumque laurus horrificum cæli fulm- Echo
 arcere dicatur, telum igneum mortis, & capita la-
 reata Principum, & tiarata Pontificum, & galea-
 militum, & pileata Advocatorum sævum exitu-
 ferens, pervadit. An non sæpè viri Principes in ip-
 rerum illustrissimarum exordio, in cursu gloriæ, p-
 mo velut in gradu ad felicitatem, metam in-
 niunt vitæ, & grandium cogitationum? An no-
 sæpè in ipsa victoriarum pompa, in gaudio popul-
 rum, & applausu, fluentibus ad nutum rebus, &
 obsecundante fortuna, quasi minus ageretur sple-
 didissimo in teatro, derepente scabella concre-
 pant, aulæa tolluntur, beatuli illi, & triumphantes
 schena diffugiunt, & dum omnes festa lætitia, & mo-
 dulatè concinunt, vivat: natura, & providentia in-
 clamat, moriatur? Quid ergo habetiùs illis homi-
 nibus

expansis, qui in fugacissimæ vitæ articulo, quæ vix unius diei limitibus includitur, cælo proposito, & iis bonis, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, ore inhiante umbras stupent, seque totos in luto voluntant? Donec emergentes è luto, repentè mergantur in orco. Aurem illis vellicat Poëta dum ita cantat.

Est tibi vita brevis, modo vivis, cras morieris.

7. DIES FEBRUARII.

Mori malè times, & malè vivere non times.

S. August. de temp. serm. 239.

Mors est I. **C**Um avari studiosè quærant, quod ditescant; mæsti quo exhilarentur, infirmi quo sanentur, ambitiosi quo exalitentur: cur qui mortem adeò timeant, non quærant remedium, quo illam non timeant? Malè timeretur, quod nostri est arbitrii non timere: Illud metue, unde mors redditur metuenda; hoc est vitam malam. Rogatus à Socrate Plato, quomodo in vita se gessisset, & quomodo in morte se esset gesturus. Audi responsum magis Catholici, quàm Ethnici. *Scito, inquit Socrates, in juventute operam me dedisse, ut benè viverem, in senectute, ut benè morerer: quare cum & honesta vita fuerit, & mortem lætus exspectem: nec vita mihi dolori est, nec mors timori erit. O vitam in hac perpetua morte verè vitalem, sic eam institueret ut nec vita sit dolori, nec mors timori.* Vis ad

hunc felicitatis apicem gliscere? Attende. Duæ res, quæ difficilem hominibus mortem efficiunt; amor scilicet ejus, quod relinquimus, vel metus quod expectamus. At cum hæc vita nihil habeat formidabile, si bona præcesserit vita, nihil mors quæ metuas, habet formidabile.

II. Ne mortem, ante tempus mortis timeas, vivere oportet, ac si post horam unam esset emigrandum. Decet prius desinere, quàm desinas; sine facere, quàm finem accipias; mori quàm moriari sepeliri quàm sepeliaris. Hoc est, prius oportet desinere malè vivere, quàm desinas vivere. Hoc si te impetres, ita facile è vita migrabis, ac si è domo una migres in aliam. Non est Christiani velle ut tempore ad peccandum abundet, ad resipiscendum careat. Utinam temporis illius, quod cogitationibus de peccatis committendis, tribuis, saltem tertiam partem meditationi de obeunda morte tribueris & quam solitudinem in explendis pravis cogitationibus collocas, eam in deflectendis sceleribus collocares! Torus mundus inmissis habenis in fugitia cum spe ad frugem redeundi in senectute, ad resipiscendi in morte, præcipitat. Omnium sensus est: Arctari crescens pueritia non debet, senectus debilis vexari, utilis ætas à curis domesticis cursuque honoris abduci; juventuti aliquid dandum est. Deo quid? Animæ quid? Æternitati quid? Nulla videtur huic matura ætas. Nullus temporis, rerum cardo, donec suus neget prægnantem fœtus partumque toties differenti, vires negentur patienti. (a) *In die illa occidet Sol in meridie. Idem fors tibi*

[a] Amos 8.

eveniet. In ætatis vere, in fortunæ flore, in media dignitatũ luce, in festo lætitiarum, aulæ, pomparumque splendore ac strepitu, ad locum, punctumque supplicii venies.

III. Hoc cœne rationi est consentaneum, cùm tot committamus uno solo die peccata, ut vel unico peccato deplorando tota vita non sufficiat: ut deplorandis universis totius vitæ nostræ peccatis non ampliùs quàm unicæ horæ spatium requiramus? Fateor, ea est Dei clementia, ut sufficiat una hora, ut vitæ perditæ actæ te pœniteat. Sed auctor sum, ut si velis unam horam pœnitendo impendere, ea ne postrema sit. Suspirium enim voluntariè emissum, cœlos penetrat: necessitate expressum, ne recta quidem transit. O quæ cæcitas? Horam pœnitentiæ, veniæ, gratiæ, gloriæ destinatam calitùs, ac donatam divinitùs, otio, fabulis, apinis, donari! O quàm illos lacerabit æterna pœnitudo neglectæ opportunitatis, qua brevi compendio cœlum sibi asserere poterant. Si, quod absit, tam execranda fors, te interceperit, ut inimicum Dei mors te repente opprimat, quo fletu, qua rabie, quibus ululatibus incusaturus es illam socordiam, quo possessionem summi boni, excuti tibi de manibus non modò patiens tuleris, sed eam sponte respueris. Quàm amara recordatione revocaturus es articulos illos temporis, quibus flammæ illas ferviles, & atroces vitare, regnum illud perpetuum, ac securum nullo negotio valuisti adipisci. Expende illud D. Gregorii. (a) *Omnipotentis Dei Misericordia illius obliviscitur, qui Omnipotentis Dei justitia fuerit*

G 4

fuerit

[a] *In moral.*

fuerit oblitus: quia misericordem Deum invenire poterit, qui eum justum non timet. Ne timeas mortem judicium, time ante mortem Judicem, nec pretio, nec prece est exorabilis. Juxta illud.

Judicis est recti nec munere, nec prece flecti.

8. DIES FEBRUARII.

Nunquam erit homini pejus in morte quam ubi erit mors ipsa sine morte.
S. Augustin. de Civit. cap. 11.

Timenda I. **I**N homine graviter infirmo, ut plura mors illi qui commisit timenda. Tamen enim illius exercendae ad huc superat facultas; quae tamen non difficultas? Obruent aegrotantem aegritudo corporis, & animi, dolor, infirmitas, insomnia, inquietas, vigiliae. Coquet febrilis ardor viscera, obtundet gravedo caput. Quis modus discutienda ut par esset conscientiae? Morbus ingravescet, mittendus erit sanguis, pharmatica sorbenda, adhibenda remedia, fastidio erunt medicinae & cum vacillare ceperint, terrori. Ubi conclamatum fuerit, quam gravis erit mortis nuntius. Sed quid? Quando circumdabunt me dolores mortis, torrentes iniquitatis, ac pericula inferni? Ponetur ante oculos antea vitae turpitudine, apparebit sublato furo peccatorum gravitas, in proximo erit damnationis periculum, & exorabilis sa-
veritas

veritas Judicis. Terrebit sententia futura peremptoria decreto nunquam revocabili. Recurrent in mentem Divini neglectus obsequii, tempus otio, nugisque perditum; occasiones exercendæ virtutis prætermittæ: neglectæ preces, dilata pœnitentia, raro & perfuntoriè usurpata Sacramenta: languor perpetuus: supina socordia; nulla sui abnegatio, exigua Christi imitatio.

II. Ad hæc, dæmonum insidiæ, fortè & aperta vis. Erunt sanè diriores eorum impetus, quia ultimi. Inducent cerebro tunc tenebras, ut conturbet: nunc lucem malignam, ut præfidam; subindè gravitatem exaggerabunt peccatorum, ut desperem: mox extenuabunt, ut parvipendam. Omnibus machinis me adorientur, & omnibus modis ac viis aggredientur, iis præsertim, quibus aliquando sciunt me succubuisse. Ex ea me maximè parte invadent, qua debilior inveniar. Quid! Quandò crucifixus afferetur, cujus plagas irrita verò: quandò cereus accendetur, index bonorum operum quæ neglexero. Quandò nomen Dei invocabitur, quod prospexero? Quid tunc solatii, si nunc Gratiam respuo! suprà gladius dependebit Divinæ Justitiæ, infrà erit sepulchrum patens: intrà rodet vermis conscientiæ, extrà plorabunt amici, vel agnati, qui nec dolorem lenire, nec mortem poterunt vel momento retardare. Uxor dotem filiarum: Filius jus primogenituræ, gener pecuniam dotalem, medicus solatium, servus libertatem, famuli mercedem, creditores debita petent.

III. Vergente morte, instante puncto; vires me destituent, membra rigebunt, sensus deficient, cor palpitabit, premetur anhelitus, squalebit vultus

offundentur oculi, corporis se compages contrahent
& ultimam calamitatem testata, uno flatu reddent
spiritum, & eo ipso mors animam sejunget à corpo
re: vita discedet, homo desinet, & omnis cum eo
splendore evanescet. Sed inter hæc omnia maxime
formidabilia nihil est formidabilius in morte, quam
timor mortis, illic ubi mors erit sine morte. O mor
talis, dum hæc tibi morituro eventura consideras,
necdum peccare formidas? Cùm igitur omnis vita
nostræ error oriatur ex oblivione finis, in quem ille
præcipitat, revocemus illam jugiter in mentem, in
oculos, in continuam ejus meditationem. Hujus ob
livio multorum est perditio: ut bene D. Gregorius
(a) *Vitam carnis quasi permanentem diligunt, quam
quanta sit vita sequentis aternitas non attendunt,
cumque soliditatem perennitatis non considerant, ex
ilium patriam, tenebras lumen, cursum stationem per
tant; quia qui majora nesciunt, judicare de minimis
nequaquam possunt. Spernas vitam præsentem, tu
non metuas mortem imminentem. Desipis, si illam
censeas dignam amore, sapias, si judices plenam do
lore. Suffragatur mihi Poëta:*

Fallitur inspiens vita præsentis amore.

Sed sapiens novit, quantum sit plena dolore.

9. DIES JANUARIII.

Mors universis gaudiis finem imponit, ita
ut cùm esse desierint, nec fuisse putentur.
Laurentius Justin. Tract. lig. vit.

I. Vidi-

[a] *Greg. l. 8. mor. c. 8.*

Februar.

Tessera.

107

Mors hominis I. **V**idimus hominem morientem, modò spectemus mortuum; ut hoc spectaculo discamus vivere Deo, dediscamus vivere mundo. Statim à morte jacebit corpus exanime, sine motu, sine sensu, sine voce, sine forma, tetrum cadaver, amicis ipsis horribile, molestum, ac grave, involvetur veteri linteo, effertur cum lachrymis, abjicietur in fossam, vertetur in putredinem, & absumptâ sanie, in ossa definet arida. Sic marcessit corporis forma, sic carnis decor: Et quid postea? Ero, ac si non fuisset. Hæc confirmat citata tessera. Arborum quidem in pomariis ex varietate fructuum cognoscitur diversitas, nimirum ex glandibus ilex, palma ex dactylis, ex frondibus platanus, vites ex racemis: sed postquam arefactâ radice, cæso trunco, collectis fructibus, delapsis foliis in ignem conjiciuntur, & in cinerem dilabuntur, quis ex cineribus, arborum distinguet inter se discrimina? Ita quamdiu hic vivitur, omnes arborum instar vitemus: cognoscuntur verò alii ex radicibus suorum Majorum, alii ex foliis verborum, hi ex ramis gratiæ, illi ex fructibus divitiarum; horum ex cortice deformitas, illorum ex floribus pulchritudo; horum tanquam aërum humilitas, illorum ut gigantum proceritas, aliorum ut senum arditas, aliorum ut Juvenum viriditas, horum tanquam divitum fecunditas, illorum tanquam pauperum sterilitas apprehenditur. Tandem in uno omnes sumus similes, quod omnes, nullo excepto, ad tumulum tendamus.

II. Jam quæro, quando mors omnes istos in exitu vitæ commiscuerit, ecquod erit inter pulchros deformes.

formesque in tumulo angusto discrimen? Nullus penitus: aut si quo esse videbitur, in monumentorum, quod vani homines excogitaverunt, diversitas consistet. Nec immeritò tales dixeris vanos. Nihil enim vanius, quàm quòd non contenti homines, vanos in vita esse, vanitatis suæ memoriam conantur sumptuosis tumulis propagare. Sit licet cedrus alta & pulchra, nihilo propterea candidior est ejus calcebo, & licet ilex humilis, deformisque sit, nihilo propterea nigrior est ejus cinis. Sic idem prorsus ex colore, odore, specie sepulchralis pulvis Cræsi, & Cedri, Senatoris, & sutoris, Monarchæ & agricolæ. Et hic finis est nostræ comœdiæ. Quàm ut rectè peregrinas, & cum cælituum plausu, illud expende. Si Orbem Deus implevisset hominibus mortis penitus ignavis, ac de tot millibus unum tantum vidissent validissimum jactatum febris æstuantem, prostratum, delirantem, pallidum, animam agentem inter dolores & singultus; mox verò frigidum, visu, olfactuque turpem, & suo in tabo, pure, ac sanie, prognatisque de se vermibus natantem: quantus illos timor, neminem excepto, eorundem percelleret malorum?

III. Nunc autem si à Deo monerentur, nihil metuere, unum tantum fore deinceps iis obnoxium; alium neminem nisi unum moriturum, nisi unum illum nomine designaret, jam fors miseri unius formidanda, si perterrefacit, ac potiùs syderat universos, quid universorum eadem illa fors, tam certa, quàm certus est Deus, te, me unumquemque non afficit, non arrigit, noc pungit acriter, sollicitatque ad illam tempestivis antevertendam præsidium? Quid si hunc ipsum morti addictum Deus palàm cunctis aperiret,

isque

is que nihilo diligentio rem, quàm nos inertes, pigri-
 que facimus, gereret animi sui curam, quot & quan-
 tis pateret omnium hominum exprobrationibus, in-
 dignantium, & stimulantium immanem vecordiam?
 Non vides infelix, intentum tuo jugulo mortis te-
 lum? non sepulchrum, & vermes in tui cadaveris,
 deforme epulum accinctos? non ignes perpetuos,
 tribunal, testes, rationes maximè dubias, summèque
 perplexas? Et rides? ædificas? rem quæris? ambis?
 alia omnia moliris? Nostrum est hæc & similia tra-
 ctare, quos fecit Deus vitæ hujus securos, tu quem
 morti addixit, quid hic circumspicis? Quæ te à vitæ
 alterius, & æternæ solitudine, cæca insania avertit?
 Hæc verò quisque sibi occentet, inclamet, & incul-
 cet, is enim ille est unusquisque nostrum, quem cer-
 ta morti Divina Justitia destinavit. Et nescis, quan-
 dò, ubi, quomodò morieris. Esto ergò sollicitus,
 providus, & semper suspensus ad nocturni furis, ad
 ignotæ horæ, ad magnæ diei appulsam præcipitem.
 Imprime menti illud Poëma:

*Cerne quid es, quid eris, sic mox pius efficieris,
 Vile cadaver eris: Hoc ergò frequens mediteris.*

10. DIES FEBRUARII.

Magna est jam pœna peccati, mecum
 futuri perdidisse judicii. *Euseb. Gallic.*
Hom. de bono latr.

A morte I. **S**icuti post punctum sequitur li-
 nea, sic post punctum ultimum
 sequitur Judicium. **S**equitur interminata
 linea

linea Æternitatis. Hæc ut sit tibi fausta, vel infault
pendet à sententia, à iudice proferenda. Æternitas
incipit, ubi mortalitas desinit. Post illud punctum
ultimum, omnia sunt æterna, O punctum horribile
ac vastum, in quo præterita omnia, jucunda pariter
& amara merguntur; futura confurgunt, nunquam
moritura, seu cruciamenta, seu præmia. Itaque terri-
bilium omnium est terribilissimum, non tam mor-
quàm quod mortem sequitur, Judicium: (a) habet
enim conspectum offensi Patris, ejusdemque tum
testis, tum Servatoris, tum Judicis, & quidem irati.
(b) Habet ex vultus ejusdem conspectu prorudentem
irarum, & vindictæ torrentem igneum, quem intra
ripas Misericordiæ tot annis congesta scelera alue-
runt. (c) Habet eodem in Iudice furorem, zelum,
ultionem, ferarum raptis catulis rabiem, parturien-
tis clamores, & regnantem demum, armatam, sa-
vientemque Justitiam, quam cruci confixam hæc
nùs, & mitam misericors Bonitas retinebit. Quan-
metuendus Iudex toto provocatæ justitiæ pondere
fontibus incumbens, à quibus est toties Barabba
postpositus.

II. Horrorem irati Judicis augebit scelerum gra-
vitas, fœditas, multitudo, cuique velit, nolit spectan-
da, in illo hujus, & alterius vitæ confinio, quàm an-
gusto, tam timendo. Patrata mala, prætermissa bo-
na, etiam plerumque prava, & improba pro licitis,
& laudabilibus per errorem admissa. O inusitaram
Judicii formam, in quo omnes accusant, defendit
nemo, ne ipse quidem reus. Deus immortalis! Quis
Oze pietatem, Davidis censum, festinatum Saulis
faci-

(a) Dan. 7. (b) Isa. 59. (c) Ose. 13.

sacrificium, carere putasset probabili saltem excusatione? magnis tamen luuntur poenis, & grandi culpa imputantur. Quam multos sua fallit opinio, qui sibi nimium confisi, dum se principi suo nuptiali in veste gemmata, & aurea putabant occurrere, centione se turpi mutilorum, ac vilium operum semitectos heu! serò advertent. Jam scelerum numero monstruosam singulorum speciem si addas, ipsorum demonum deformitate terriorem, quos paritura est judicando angores, cruciatus, desperationem? Nec enim conferta & velut in cumulum se illi objicient, sed distinctè, minutè, sigillatim spectanda se dabunt majora simul, & minima, totamque singula in ejus oculos turpitudinem suam intorquebunt.

III. Ad multitudinem distinctam, sceditatemque admissorum in omni vita criminum, & errorum, ingrati animi labes adjungitur, & sævo stupore, ac tristitiâ miseram animam consternabit. Hinc enim in illo ad æternitatem transitu per angustum, incurrerent à dextris Dei collata beneficia, à sinistris rei commissa scelera, & inexplicabili rubore proditioes illi suas ferinas, & ingratas atrociter exprobrabunt. Pondera illa Eusebii Emisleni verba: (a) *Quo quæso vultu respicit Redemptio nostra perditionem nostram? tantò graviora erunt humana delicta, quantò majora se ostēderunt divina beneficia.* Et illud: (b) *Qua fiducia stabit desertor ante Regem suum? Vulneratus ante medicum suum? Perditus ante pretium suum? Undè misericordiam petiturus est, primum de contemptu misericordie judicandus?* Homo tot inter Dei gratias, & suas in

Deum

(a) Hom. 4. ad Monar. (b) Hom. 2. de Symb.

Deum injurias, tot inter Dei munera, & sua in Deum semper
 crimina; tot inter Dei impensos favores, & confidè, nu
 entia accusantis dolores, quam se in partem vertè, nu
 ubi latebit? Quomodò apparebit? Latere non po oculi,
 terit, apparere non audebit; aliud impossibile, hor furus.
 intolerabile. Hæc si cogitas, cur non formidas? Ha peresse
 si prævides, cur tibi non prævides? Si horum præ Ecce n
 sagus adhuc in salutis negotio tam es ignavus, ubi trem M
 fides? ubi ratio? ubi iudicium? ubi prudentia? Be licitun
 tam planè illorum prudentiam, imitare, qui tam que eff
 pudoris metus, horroris prævios cruciatus, sancta xa usq
 hujus temporis usura anteverunt, nec quidquam nis que
 jam agunt, vel omittunt, quod tunc minùs actum negro c
 vel omissum velint. Audi Vatem: curitat
 dem c
 narrab

Judicis est in lite brevis vox, ite, venite.

II. DIES FEBRUARII.

Comes morienti aut vita erit, aut pœna.

S. August. de Epic. & Stoic.

Mortis I. **E**Cce hinc duos comites Mortis, comes
 comes Pœna vel Gloria; prout ultimo
 pœna vel momento effuderis ultimum
 gloria. spiritum, eris vel fœlix, vel infœlix
 per totum æternitatis spatium. Hinc sequitur, ulti-
 mum sive summum vitæ momentum, inter omnia
 esse summi momenti. O momentum ancipitis sta-
 teræ, in qua libratur hinc mors, indè vita, hinc æter-
 nitas pœnæ, indè æternitas Gloriae, hinc summum
 & omne Bonum, indè summum & omne malum.
 Post extremum halitum sequitur unum perpetuum
 semper,

semper, & nunquam : vel enim semper tibi erit bene, nunquam malè, vel semper malè, nunquam bene. O momentum, post quod in momento, in ictu oculi, tuus Judex est venturus, cuncta strictè discussurus. O momentum, post quod si vel momento superesses, quid non faceres, quid non optares fecisse? Ecce momentum hoc, quod Patrem Cœlestem, Patrem Misericordiarum jam indè ab æterno quasi solicitum habuit, ut tibi fœlix, faustum, fortunatumque esset. Ecce momentum hoc, cui Filii Dei prolixa usque ad prodigalitatem propè benignitas, omnisque sudor, lachrymæ, sanguis, vita, mors, ex integro defudavit. Ecce momentum hoc ad cujus securitatem universus amor Spiritus sancti, & ejusdem cum innumerabilibus favoribus, gemitus inenarrabiles suspirarunt.

I. II. Denique hoc est momentum, quo Angelorum omnis cura, Divorum præces, cœli labor : Momentum quo parentum sudor, Amicorum benevolentia, Magistrorum industria : Momentum quo Concionatorum zelus, Confessariorum patientia, Superiorum vigilantia, proximorum charitas : Momentum quo tandem universæ fortunæ, naturæ, corporis, animi tui bona; quo virtutum tuarum qualescumque exercitationes; quo jejunia, lachrymæ, suspiria, quo tot annorum evolutum curriculum, totiusque Naturæ, & rerum creatarum studium, & sollicitudo continuata spectarunt. Quis hæc trutinans suis momentis non æstimet præ omnib' æstimabilibus hoc momentum? O si ex tot millibus horis, quas nos stultè conterimus, haberent unam, imò illius horæ momentum unicum, reprobi flammæ

H

omnes

omnes suis lachrymis extinguere, & fœlicitate
 brevi illo compendio mercarentur. Attendamus
 ergo in minima jactura temporis, æternitatis da-
 num: quæstuosissimas nundinas perpetuæ gloria
 usu cujusvis momenti, & cum celeritate tempo-
 rali celeritate utendi certemus.

III. Quid nunc ages, ut hoc extremum
 mentum Animo tuo sit fortunatum? Unum
 quod unum à te Deus exigit; ut quod velis, nolens
 cessario tibi est subeundum, tu id velis libenter,
 necessitati consentias, tu id volens, ac libens agas
 quod nolens, & invitus agas necesse est. Cogita res
 quo constitutus es statum. Actum est, morieris; non
 est deliberandi locus, non est emergendi via, vel
 nolens, moriendum est. Jam non sunt in arbitrio
 vita, & mors. Jacta fors est, excedendum. Quod
 num tibi de tua restat libertate, hoc est quod dixi
 id liberè facias, quod est necessarium. Acquiesce
 divinæ voluntati, sine te ab illa volentem duci & non
 invitum trahi. Quid frustra eluctaris, non evincas
 non mortem effugies. Neque est malum istud, quod
 timere & fugere debes; nam non est malum mori
 sed malè mori. Hoc est autem quod potes fugere
 volendo mori. Mortem accepta, plus agis, quam
 mortem tolleres, nam malis tollis mortem, tollis ter-
 mendum judicium, tollis æternū supplicium. Si au-
 tem nolens, & invitus moreris, tollis omnes virtutes
 ad bonam mortem necessarias. Quam ille exercebit
 Fidem, vel Spem, qui apertum sibi cœlum videns,
 libenter velit mori, malit sibi cœlum claudi, quam
 velle? Quam ille charitatem in Deum moriens ex-
 ercebit, qui Divinæ voluntati, quantum potest resis-

Februuar.

Tessera.

115

stis, nolendo mori? Quænam potest illius esse Prudentia, qui uno voluntatis actu, cum possit summum malum convertere in summum bonum, malit illum actum voluntatis recusare, quàm vel tale malum efugere, vel tale bonum acquirere? Cane moriens cygneâ voce cum Poëta.

Non mihi fit durum quod novi me moriturum.

Nec mortem flebo, nam tecum Christe manebo.

12. DIES FEBRUARII.

Infernus est locus ubi nulla spes boni, nulla desperatio mali. *Hugo à Sancto Victore. lib. 4. de Anim. cap. 13.*

Infero- I. **S**I morienti comes fuerit pœna, erit rum locus æterna; quàm priusquam expendamus, locum pœnæ perlutremus. Infernus est regio Mortis, Regia dæmonis, cuius porta est desperatio, aula carcer, tapetes tenebræ, mensæ vincula, cibus fames, potus sitis, horologium ululatus, lecti ignes, ordo chaos confusionis. Est tenebricosum ergastulum æternis undique feris, claustris, repagulis, catenisque obseratum; cui supernæ iræ Dei imminet sigillum. Ad hoc subterraneum spelæum cogitando descenderat D. Bernardus, qui ubi ea, quæ geruntur, spectavit, quæ dicuntur, audivit, in hæc verba exclamavit; (a) *O Regio dura & gravis, regio extimescenda, regio fugienda, terra oblivionis, terra afflictionis, terra miseriarum, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat! locus letifer, in quo ignis ardens, ubi frigus*

H 2

rigens,

(a) *L. 4. de Ani. c. 13.*

rigens, vermis immortalis, fœtor intolerabilis, macula
percutientes, tenebra palpabiles, horribiles daemones,
facies! Totus tremo atque horreo ad memoriam
regionis, & concussa sunt omnia ossa mea. Cùm de
que sit locus ubi nulla spes boni, nulla desperatio mali,
illic jurati Dei inimici, omnibus quæ optare possunt
privantur bonis, omnibus, quæ timere possunt, con
ciantur malis.

II. Quis illo loco erit miserorum Princeps? Quis
Dominus? Is qui à fœditate, & truculentia dicitur
Draco, à versutie, & calliditate serpens, à nocentia
desiderio leo rugiens, à magnitudine & potentia
Behemot, ab ira magne Diabolus. Quos habebunt
amicos? ne quidem unum in tota rerum universitate,
sed singuli, & damnati, & Beati, & Angeli, & daemones,
& homines immenso quodam odio prosequuntur.
Erunt omnibus creaturis invisibiles, exosivi, detestabi
crabiles, abominabiles, tanquam ipsa abominatio.
Quos, qualesque socios habebunt? Malitia impios,
bos, specie horricos, conditione miseros, rabie feroces,
riosos, malevolentiam obstinatos.

III. Tu igitur, si sapias, imò ut sapias, hæc locum
ubi nullo bono est locus, sæpè cogitando adeas: ab
das te sub terra, & omnia tibi displicebunt, quæ sunt
suprà terram. Imitare illum in eremo ascetam, de quo
quo in vitis Patrum traditur. [a] Ego, (inquit ipse) dicitur
ob peccata mea Inferno adjudicavi me ipsum, dicitur
que: Esto cum illis, quibus dignus es, istis post modicum
adnumeraberis. Aspicio ibi stridentes dentibus, & salivantes
lientes toto corpore, & trementes à capite usque ad pedes,
Vidéo & more bullientis, & circumfluentes, & manantibus

[a] L. 7. c. 44.

gientes, ut putant aliqui, usque ad caelos attingere fluctus ignis, & in tremendo illo mari, innumerabiles homines dejectos. O quam vicinus es isti loco jam expresso! Notum est illud Philosophi. Navigantes tantum tribus digitis distare à morte. Non quantum distant navigantes à morte, tantum distant viventes à Regione mortis. Avesne ô peccator scire, quantum distes ab Inferno? Tantum ut si hoc momento vivere desinas, altero momento in orco ardere incipias. Totus Infernus cum toto tormentorum suorum apparatu non distat à te nisi temporis puncto. Si hic times terrorem, qui corpus mortale torquet, quam sunt timendi illi, qui animam immortalem æternum torquebunt, nam juxta illud metrum.

*Sunt ibi tortores, serpentibus horridiores,
Deformes, nigri, sed non ad verbera pigri.*

13. DIES FEBRUARII.

Impius aperiet oculos in pœna, quos clausit in culpa. *D. Gregor. 25. Moral. c. 3.*

Tenebra. **M**Ultum conducet, ut ascendas ad Regnum cœli, descendere mente ad centrum terræ. Per Inferos pervenies ad Superos. Sat produnt ipsa Tartari nomina, quot & qualia ibi sint supplicia. Quid est Tartarus, est locus subterraneus, situs in centro mundi, ad quem solis, lunæ, cæterumque astrorum lumen nunquam pertingit. Est carcer furoris, chaos desperationis, Justitiæ officina, cavea stolidorum, insensatorum receptaculum, in quo æternæ mortis rei, omnibus quæ optare possint pri-

H 3

ventur

ventur bonis, omnibus quæ formidare possint
 ciantur malis. Sed sit licet hoc tartareum chaos te
 ac picea horribilium tenebrarum caligine circum
 sum, nihil tamen tenebræ officient, quò minus o
 los quos hic impius clausert in culpa, aperiat in p
 na. Quàm priusquam pateris, nunc oculos non
 crassiores corporis, sed acutiores mentis, & fidei a
 rias, ut illas tenebras, ne sic sis Filius tenebrarum,
 illic semper tenebrio, aspicias.

II. Quamvis apud Inferos ignis sit comburens
 non tamen illuminans: quia Deus relietâ vi combu
 rendi, aufert ab illo igne vim illuminandi, supra illu
 (a) *Vox Domini intercidentis flammam ignis.* Hoc
 separantis illas duas proprietates, unamque sine
 tera relinquentis. Porro in visu damnatorum
 mirum est, quod cum sint apud Inferos densissimæ
 imò & palpabiles tenebræ, sic anima videt, & non
 videt, ut perinde crucietur videndo, ac non videndo.
 Videndo quidem, quia quidquid horrorem super
 cii potest incurrere, videt apertissimè. Sic enim
 (b) *Vadent, & venient super eos terribiles:* cum
 alia sciat ibi esse, quæ non videt, suspicatur & metu
 ne sint etiam graviora, quàm quæ videt, & proinde
 illa videre vellet, ut se suo metu liberaret. (c) *Ergo
 labunt in opprobrium, ut videant semper.* Id est, sic
 vigiles, qui venturos observant hostes, sunt semper
 inquieti, sive aliquid videant, ne quid non visum
 lateat, & inopinato appareat, & magis noceat. Si
 miseræ damnatorum anguntur animæ: vel horribil
 eis illis, quæ se in illa caligine spectabilia exhibent
 spectris, vel formidine, quæ inaspectabilia sunt aspe
 eiendi.

(a) *Psal. 48. 128.* (b) *Job. 20.* (c) *Dan. 20.*

III. Tu qui hæc legis, hæc pauca cum otio expende. Medius sum inter gemina loca, inter illam quæ sursum est Jerusalem, & quæ deorsum est Babylonem. Illic audiunt Filii lucis, lux perpetua luceat eis, ibi audiunt filii tenebrarum, illos [a] tenebrosus turbo possideat. Illi. [b] fulgebunt quasi splendor firmamenti. Undè de illa civitate dicit Divina Misericordia [c] Luce splendida fulgebis. De altera dicit Divina Justitia. [d] Obscurent eam tenebra, & umbra mortis, & occupet eam caligo. Illic Beati contemplantur eum, qui est [e] candor lucis aeternæ, & [f] qui lucem habitat inaccessibilem. Illi verò qui [g] sedent & in tenebris, & in umbra mortis; vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti: ululant in illo caliginoso spelæo: [h] Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebra. Nullus illorum dicit, aut dictum est unquam, [i] post tenebras spero lucem. Si ergò tibi vis consultum, audi monitum, & sequere consilium D. Pauli. [k] Abjiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Opera tenebrarum sunt, quibus homo fit reus perennium tenebrarum, hoc est, opera luxuriæ, Iracundiæ, Intemperantiæ. Et illud tibi persuade certò aliquandò futurum. Sicut Deus in principio, quando creavit cælum & terram [l] divisit tenebras à luce, sic in novissimo die mundi, dividet Filios tenebrarum à Filiis lucis. Ergò illius memineris,
Semper in aeternum nox obscurabit Avernum.

H 4

14. DIES

(a) Job. 3. 6. (b) Dan. 12. 3. (c) Tob. 13. 13. (d) Job. 3. 5. (e) Sap. 7. 26. (f) 1. Tim. 6. 16. (g) Sap. 17. 2. (h) Psal. 106. 10. (i) Job. 17. 12. (k) Rom. 13. 12. [l] Gen. 1.

14. DIES FEBRUARII.

Erit pro suavi odore fœtor. *Isa. 3.*

Fœtor. I. Inferorum locus est omnis infectio
& sordium colluvies, qui mundo quod
idem est, quod egeries domibus, clo
ez urbibus, sentinæ navibus. Est vomica, in qua
omnia corporum humanorum, quæ jam indè à p
mo homicida, ac fratricida, ad usque Antichristu
ejusque sectatores fuere, purgamenta, putorem,
mephitim Angeli colligent. Est antrum olidum
in quo rediviva, & fœtida damnatorum cadavera
tam graveolentem edent fœtorem, nemo ut eu
ferre possit. Porro sensus odoratus in damnato
erit acutissimus ex tribus causis. Prima, ex situ loci
qui cum sit teterrimus, sulphureus, & à sole remo
tissimus, nihil nisi fœtorem intolerabilem exhalare
potest. Secunda, damnatorum est ipsa societas, quæ
eum sit conflata ex solis vitiosis & sceleratis anima
bus, habent singula suum putorem, vitia, quem sp
ritus exuti carne sentiunt. Tertia, dæmonum ma
lignitas artificiosa, qui quod possunt ad augmentum
pœnarum, non omittunt: nec dubium est, quæ
multa possint ad hunc sensum exacerbandum. [a]

Fœx ejus non est exinanita.

II. Non tantum locus ipse Averni erit fœculen
to putore, horribilis naribus: sed & ipsa corpora
damnatorum, sive viva cadavera, erunt quavis sen
tinâ, & cloacâ fœdiora. Stomachi verò pestilentia
bus humoribus gravati, & igne circumfusi bullien
tes, teterrimam perpetuò mephitim exhalabunt: nec

[a] *Psal. 74.*

tamen

tamen viciissitudo, vel epotandi sordida, vel exhalandi graveolentia, unquam cessabit. Ut porrò facilius assequaris quàm sit acerbum hoc supplicii genus, revoca in memoriam illud tormentum à Mezentio excogitatum. Hic cadaver hominis verminans, vivo corpori ita conjungebat, ut os ori, nares naribus, nasus naso, manus manibus, ac pedes pedibus applicarentur. Corpora autem hoc modo colligata in abominabilem aliquem locum abjiciebat, ubi tam diu jacebant, donec vivum corpus fœtore cadaveris extingueretur, & a vermibus ab eodem cadavere profilientibus absumeretur. Si hoc supplicium tibi tam immane videtur, quale illud erit quod procedet ex intolerabili illo fœtore, qui jugiter exhalabit ex illis abominabilibus damnatorum corporibus, ex sulphureis flammis, è terris exhalationibus, spissis vaporibus, & execrandis putoribus, ex obscenissimo illo volutabro ac graveolenti vomica, ac colluvie, ubi monstra illa putrida in stercorebus suis volutantur, ac computrescunt?

III. Tunc implebitur illud Isaiaë, *Erit pro suavi odore fœtor*. Prædicat illud tempus affore aliquando, cum ista caro mœstos in cineres, faniemque, ac tabem dissolvetur, ad quam oblectandam istæ aromatum delicatæ voluptates conquiruntur. Et verò jam nunc peccator tibi advenit illud tempus, qui cum à virtutum operibus, gratiaque plenus esses, fragrabas suavissimè, & acceptissimos mittebas odores: at ubi gratiâ Dei peccando excidisti, illo ipso momento excidisti, illo ipso momento execrabilem in modum fœtere cœpisti; adèò ut ne te pati superi, nec Deus possit, nec te ipsnm sustineres, si emunctis esses nari-

H §

bus.

bus. Sed in hoc uno stupidus es, ut in aliis impro-
 nasutus sis. Verum eluceſcet aliquando illa dies, quæ
 stuporem illum tuum damnabis acriter, & plorabis
 acrius: & modò dum id cum aliquo tuo incommo-
 do licet, damna certè, & luge; tibi que perſuade con-
 pus hoc mortale eſſe veluti vas Animæ. Vafa ſi bene
 olent vel malè, id acceperunt ab unguentis, & fumo
 ſuis odoribus, qui in illis reconditi aliquando fuerunt.
 Fac igitur in Animæ tuæ vaſculum non immitte
 niſi myrtha pœnitentiæ ſalutaris, niſi thus piæ, &
 arduæ orationis, niſi thymiama eximiæ cuiuſdam
 egentes beneficiæ, aliarumque virtutum, à quibus
 bus poſſis eſſe Chriſti bonus odor, primum in hoc
 ævo mortali, tum etiam in beata aternitate.

Quantus erit mœror, perſtabit ubi omnia factor.

15. DIES FEBRUARII.

Ibi erit fletus ex dolore, & ſtridor dentium
 ex furore. *S. Bernard. in Serm.*

Pœna vi. I.
 ſus.

UT oculos avertas ne videant va-
 nitatem, ſed ut oculi tui ſem-
 per ſint ad Dominum, qui te
 diligit ut pupillam oculi; propone tibi atroces,
 quibus oculi cruciabuntur ſub terra, illorum,
 qui [a] oculos ſuos ſtatuerunt declinare in ter-
 ram. Primum oculi eorum moleſtiſſimo afficien-
 tur dolore ex ſulphureo fumo qui denſus, ac teter
 exhalabitur ex ſtagno, in quo ardebit infelix Baby-
 lon;

[a] *Pſal. 16. 11.*

lon : sed multò maximè illorum oculos dæmones
 terribilibus spectris infestabunt, quia varias horribi-
 lium monstrorū imbuent formas, nunc onocentau-
 ri, nunc lamiaæ, nunc erycii, nunc milvi, nunc dra-
 conis, nunc leonis, ut illos territent. Certè D. Chry-
 sostomus asserit, [a] tam horribilem, ac spurcam
 esse dæmonis speciem, ut si Deus promitteret *formi-
 dabilem illum suum, ac horrendum aspectum ostende-
 re*, mente continuo dimoveremur, & solutis artuum
 compagibus evolare anima è corpore. Illas tamen
 portentosas larvas indefinenter intuebuntur. Nam
 ignis tartareus tantùm inter funidas nubes lucis o-
 stentabit, ut miseri nil aliud oculis haurire possint,
 nisi quod visum aut terrore afficiat, aut dolore affli-
 gat. Videbunt igitur præter horribilem Inferorum
 situm, formidabiles dæmones, horribilia spectra, ter-
 ribilia simulacra, luctificas larvas, tetras mortis ima-
 gines, inamænos spiritus. Videbunt, inquam, & vi-
 dendo contremiscent, serpentem illum antiquum,
 colubrum tortuosum, Mammonam inquam, Sata-
 nam dolosum, Asmodæum cruentum, Belial pervers-
 sum, Beelzebub dæmoniorum Principem, Beel-
 mot illum immanem, & Leviathan cujus [teste Job]
 [b] *Sternutatio splendor ignis & c. de cujus ore proce-
 dunt lampades, & de naribus fumus, cujus halitus
 prunas ardere facit.*

II. Cùm Balthasar Rex accumberet cum opti-
 matibus regni sui, & concubinis mensæ, ecce tibi,
 vidit manum scribentem arcanos aliquos chara-
 cteres. Quo prodigio ita territus fuit ut dicat sa-
 era historia : [c] *Tunc facies Regis commutata est,*

[a] *In Psal. 41.* [b] *Job. 41.* [c] *Dan. 5.*

Cogitationes ejus conturbaverunt eum, & compa-
 renum ejus solvebantur, & genua ejus ad se invicem
 collidebantur. Quæ obsecro, tanti terroris causa? Vi-
 dit manum scribentis in pariete, sed hominis. Quis
 unquam vidit manum hominis sic timeri à Rege?
 leonis, si ursi, si draconis ungues vidisset, causa
 qua formidinis fuisset. Sed unius hominis dexteræ
 quid tantus Dynasta sic metuat, ad cujus autum mo-
 sexcentæ alæ equitum advolassent subsidio? Ecquid
 illa tam formidanda manus armorum tulit? Nil mihi
 calumum quo scripsit. Ad pennam scriptoriam ve-
 rum, ne dicam Regem expallefcere? Si trigeminam
 Joabi lanceam: si romphæam Cherubi ignitam in
 unam vibrari vidisset. Quod si Rex inter mille opti-
 mates, in medio tot famulantium grege, ita timuerit
 unicam hominis scribentis manum, quantum impen-
 in illa tenebrosa caverna constituti horrebunt, dum
 videbunt non unam hominis manum, sed tot minæ
 ces leonum ungues, hiantes draconum fauces, pe-
 rentes luporum rictus, fumantes monstrorum na-
 res, exertos molossorum dentes?

III. Monachus quidam animam agens, dæmo-
 nem adstantem videbat, hic ille terrore quodam re-
 pentino correptus fuit adeò gravi, ut facies immu-
 taretur, & in toto corpore inusitata, & terrificæ quæ-
 dam symptomata cernerentur; tum sibi redditus dixit
 adstantibus fratribus: Fratres mei verè vobis affirmo
 tam terribilia esse monstra illa tartarea, ut si mundus
 rotus igne sulphureo, & ære liquefacto, & bullienti
 plenus esset, mihi que eligendi optio daretur, ut vel
 per medios hosce ignes transirem, vel iterum semel
 tantum monstra ista intuerer, multo libentiùs prius,
 quàm

Februar.

Tessera.

125

quàm posteriùs eligerem. Tolerabilior est damnatis ipsa gehenna, quàm horum intuitus. Converte nunc oculos ad tuos oculos, & cautè illos aperi. Quia oculi illi qui ad impudicos intuitus laxatis excurrerant habent, qui furtiva libidinum negotia per loquaces procurabant nurus, qui contuendis fœdis imaginibus sese oblectabant, horribilium spectrorum contuitu infestabuntur, aspicient terribile illud domicilium, illum squalentem carcerem, istud stagnum inundans incenso sulphure. Sit tibi igitur, ne postea patiaris, in hac vita horror, & metus ne oculis pecces, sit dolor, metus, & fletus postquam peccasti, ne illic te præcipites, ubi

Est dolor atque metus, perque omnia secula fletus.

16. DIES FEBRUARI.

Fames durissima necessitatum, deformissima malorum. *Quint. declamat. 12.*

Fames & I. **S**I in omni, qua premimur necessitate, durissima sit fames: ultimam necesse est esse damnatorum necessitatem, ubi & non tantum quod leve, sed quod gravissimum, omnium bonorum erit perennis fames. Quia illorum lingua, & palatum humore semper aliquo imbuentur, sed tam amaro, ut neque fuligo, neque fel, neque rutha, neque aloës, neque absynthium illi æquari ullo modo possint. Ne tamen putemus eos omni prorsus cibo, potuque destituendos, exponit nobis Moyses, quis illo-
rum

rum futurus sit cibus, & potus. [a] Uva eorum
 fellic, & botri amarissimi. Fel draconum vinum eorum
 & venenum aspidum insanabile. Et David, [b] Ignis
 & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum
 Quàm appositè sibi respondent pœna, & culpa. Si-
 tiunt ebriosi hic vinum, ibi fel draconum vinum eo-
 rum? Sitiunt hic aurum? Ibi aurum liquefactum in-
 fundetur in os eorum. Sitiunt hic sanguinem, & ele-
 dem proximorum? Inebriabuntur ibi sanguine. In
 legimus de Constante Imperatore, cui frater Theo-
 dosius Diaconus ab eo interfectus, adhuc vivens
 poculum plenum sanguine, habitu Diaconi sœpius
 apprensus, porrigere visus est ac dicere: *Bibe frater*
picque eum fugientem, ac loca mutantem, insequere
clamoribus. Aliud illis ibi obtrudetur poculum ab
 Archimagiro illo tartareo, condito omni omnium
 turpitudinum colluvie.

II. Sed nulla major fames, sitisque præ illa qui
 damnatus quisq; avidissimè desiderat Deo frui, equi-
 que cœlesti mensâ, nunquam saturandus. Quænam
 tanta est vis mali, quæ conferri potest cum summo
 illius boni, scilicet Dei privatione, in cuius spem boni
 fuerat procreatus, & sine quo absolutionem, perfe-
 ctionemque suam assequi non potest? Et hæc tantæ
 boni privatio, quid habeat in se mali, ita delucidè ejus
 intelligentiæ sese offerret, ut hæc sola cogitatio plus
 pœnarum illi sit allatura, quàm vis illa ignis æterni
 qua vincit ne se possit movere tenebitur. Rutilius
 mœrore contabuit, quòd in consulatu petendo re-
 pulsam fuisset passus. Urbanus II. Pontifex mox Fete-
 rariæ mortuus est, ubi audivit Jerosolymâ à Sultano

[a] Deut. 32. [b] Psal. 10.

occupatam. Benedictus primus sic subito expiravit, cum inaudit Longobardos Romam invasisse. Si hæc tantilla damna nata sint tantum inferre dolorem, quid fiet ubi de maximo quod ab homine timeri, vel ab Angelo concipi potest, damno agetur? Si terribilium omnium terribilissimum est mors, quod animam à corpore separet, quid non æterna mors faciet, quæ animam à Deo retrahit, & à primo principio, & sine ultimo suo separat?

III. Deus est nostri curriculi bravium, nostræ navigationis portus, nostræ militiæ corona, nostri laboris merces, nostræ peregrinationis patria, nostri laboris quies: ipse omnis appetitus satietas, omnis desiderii quies, omnis motus meta, cuiusvis inanitatis plenitudo, omnium deniq; finium ultimus finis; quid erit æternum tanto bono, in quo uno est complexio bonorum omnium, privari? Erit hoc desiderium videnti Dei, instar ardentis sitis, à qua implacabili æstu viscera torrebuntur. Erit illa cupiditas, quasi rabida fames, quam ipse Deus in eorum stomacho nutrit, eaque ita vexabuntur, ut qui perpetuò buccellam panis irritò clamore postularet. Res quælibet suum appetit locum, ad eumque toto naturæ conatu fertur, lapis ad centrū, ignis ad cælum. Deus solus locus est ubi quiescat, domicilium ubi habitet, creatura ratione prædita. Ita homo extra illū locum, instar erit luxati brachii, aut pedis, quorum nulla est sine gravissimo labore motio. Sic & omnes animi facultates suo quasi loco motæ ac dejectæ, id est spoliatæ Deo, nil unquam rectè agere poterunt, nihil absque tristitia cogitare, aut moliri. Qualis erit igitur fames in Intellectu ad verum, in voluntate, ad Bonum, in
tota

tota anima ad Deum! Sed licet sit hæc fames sup illud se
omnem fidem intolerabilis, tamen secum

Non delet atra fames, quas traxit mens sibi lab multi

17. DIES FEBRUARII.

Fletus erit ab ignem, qui non extinguitur & tantu
stridor ob vermem, qui non moritur fit illud

S. Bernard. in Sermon.

Vermis I. **F** Ore inter voraces ignes, voraci stavi pa
consci simos quoque ve. mes, est confi fellis?
entiz. rans Theologorum, & SS. Pa tis, am
trum consensus, qui totum corpus & singula coe Quia p
poris membra mortiferis ictibus depalcunt. Sed meretri
trulentior erit illis internus qui animum corrode *im proc*
& æternum vellicabit vermis. Hinc Beda exponen *messis,*
Christi verba, (a) *Vermis eorum non morietur. Ver pter lu*
mis dicit seram pœnitentiam, qua nunquam in tor volupt
mentis conscientiam afflictorum mordere cessabit, m erunt c
ignis sit pœna extrinsecus sevens, dolor, vermis ino tanta c
rius accusans. Hoc est quod potissimû miseros illo tanta su
affliget, neglexisse totâ vitâ oblatam occasionem gantur
salutis, & pretiosissimum tempus, concessum acqui quas si
rendæ beatitudinis, non suum fecisse, sed turpi otio sciant,
inter ludicra hujus sæculi, stultissimè dilapidasse. actu se
Ita conscientia illis proponet omnia tempora, præ tur mo
teritum, præsens, futurû; & licet nolint damnati hoc III.
cogitare, tamen illud triplex tempus velint, nolint, que m
coguntur cogitare, & sic dum in nullo cõquiescunt, biles,
aliud aliud

[a] in Marc. 6, 9.

es sup illud semper, & aliud sibi circumvolvunt, & quem
secum invehunt illa tempora cruciatum, semper
multiplicant, semper unum fugientes, semper alium
reperiunt, & simul alium, quæ pœna pœnarum om-
nium est nutritrix.

II. In præterito quod leve, & momentaneum
præterit, non potest cogitari præ pudore, & tædio,
& tantus est pudor, tantumque tædium, ut non pos-
sit illud momentaneum, quo dira constat æternitas,
non cogitari. Et hic est vermis conscientia, perpetuo
rodens animam. Itane verò, inquiet illi, quia gu-
stavi paululum mellis, cogor absorbere oceanum
fellis? Propter stillam voluptatulae carnis titillan-
tis, amisi quo potari poteram torrentem voluptatis.
Quia primarius labris gustavi aureum illum calicem
meretricis Babylonicae, (a) *Ignis, & sulphur, & spiri-
tus procellarum est pars calicis mei?* Heu! (b) *Transit
messis, finita est aestas, & nos salvati non sumus?* Pro-
pter lutum amissimus cælum; propter momentum
voluptatis, amissimus æternitatem felicitatis! Hæc
erunt de præterito tempore quærelæ. De præsentibus
tanta occurrunt quæ cogitando cruciant, ut quia
tanta sunt, & nihil horum est quod non cogitare co-
gantur: quia sic affixi sunt suis omnibus pœnis, ut
quas singulas patiantur, distinctè sciant, & se scire
sciant, & sicut actu, ac re ipsa semper patiantur, sic
actu semper sciant & cogitent, quid singulis patian-
tur momentis.

III. Ad futurum verò dum se convertunt, vident
que myriades illas myriadum immensas, innumera-
biles, interminatas, implacabiles; tanto stupore de-

I

tinen-

(a) *Psal. 10. 7.* (b) *Jerem. 8. 20.*

tinentur, ut, quod mente non potest comprehendi
 infinitum comprehendere satagant, & dum videre
 non esse totum illud futurum quod vident, magis
 illud videre appetant, quod dum videre appetunt
 tamen possunt; sic mirum in modum cruciantur
 quos tota patienter aeternitate cruciatus, simul
 quodammodo patientur. Nam hæc est vis imagi-
 tivæ facultatis, ut cum præsertim timor impendens
 mali, mentem stringit, totum illud malum præ-
 præsens statuat, & dolorem ejus inferat, sæpe
 vehementem, quàm dum actu malum est præ-
 Sens. Sic peior est bello, timor ipse belli. Sic Christus
 in horto Gethsemani parata sibi cogitavit
 supplicia, tunc tantis simul in animo tormentis
 affectus est, quanta postea ex singulis seorsim
 sentire potuit. O aeternum semper, semper
 rum! ô fatale nunquam, nunquam defuturum
 est vermis, qui corrodet eorum viscera, dum illi
 ponet cum immenso dolore hæc trina tempora
 di qui hæc legis, summum illum negotiorum
 factum serio admonentem: (a) *Negotiamini
 venio. Nundinae nobis ad negotiandum attribuitur
 vita nostra sunt; quæ ad aeternitatem cui negotiamur,
 mur, amplior non est, quàm dies nundinarius ad
 tam hominis. Dies hujus nundinae sunt, dies salutem
 caveamus ne ille sic transeant, ut excidamus salutem
 Sed ut accepti simul illi, in cujus potestate sunt tem-
 pora, sic utamur hoc tempore acceptabili, ut mereamur
 aeternam felicitatem, quia*

Tempora transibunt, & gaudia vana peribunt.

(a) Luc. 19. 13.

18. DIE

18. DIES FEBRUARII.

Inter medios ignium globos, damnata natura dat pabulum, & accipit incrementum. *Eusebius Emiffen.*

Ignis. I. **S**uperest inter sensus, Tactus, sensus brutalissimus, latissimè patens, & ideo maximè patiens. In tactu itaque poenarum sensus est, hic tormentorum compendium simul, & cumulus, sic totus Tartarus videtur contractus, & comprehensus: nisi contra mavis dicere per universam Tartari vastitatem, hic sensus ad dolorem, ita est dilatatus, ut sicut ubique ignis, ubique flamma, ubique sulphur accensum, sic ubique tactus, & usquequaque crucietur. Itaque à planta pedis, usque ad verticem capitis, non tantum totus erit igneus, sed quasi ignis. Porro tactus sensui blandietur ignis tam atrox, ac violentus, ut puncto temporis posset animas ex corporibus abipere, omni membrorum temperie dissoluta, nisi Divina Potentia illas ibi retineret invitae. Imò tanta est illius ignis vehementia, ut unica, eaque minima illius ignis scintilla posset totum corpus momento uno redigere in cineres, & favillas. Quid erit quando totum corpus; piscis instar, immeritum erit, & natabit per stagnum ignis, & sulphuris?

II. Igitur Anima impotens erumpendi è suo carcere, quem undique obsidebit incendiurn, torrebatur intus, & stridore dentium, diroque ululatu

fuorum prodeet magnitudinem dolorum. Ibi d
 sum assuetum plumæ molliculæ, tenuissimoque
 no, & manus tactibus impudicis, totum denique
 pus inconcessis voluptatibus mancipatum, di
 experientia, vere tunc sæva magistra, quàm con
 caro, hic lenocinari nimium carni. Quale erit ill
 tormentum ubi damnatus suo corpori ignis dat
 bulum, & inde accipit ignis incrementum. De
 igne ad terrorem sævè differit Chrysoctomus. [A]
*ignis fluvium, atque pelagus intrudentur, pelagus
 transibile atque magnitudine acerbissimum, in
 ignei fluctus, montium instar eriguntur.* Accedit
 cumulum pœnæ, quod corpora damnatorum, p
 Judicium futura sint maximè infirma, & supra o
 nem modum ac fidem sensitiva, ut loquuntur Phi
 sopheri, ut etiam ex minimo tormento, maximum pe
 cepturi sint cruciatum: unus morsus culicis plu
 los cruciabit, quàm hic cadentis forcipis. Gravior
 dolorem adferet solus contactus, quàm nunc
 percussio, vel flagellatio gravissima. Imò et
 adeò sensibilia, ut levissimus etiam contactus
 nius capilli, majorem iis dolorem allaturus sit
 quam si in hoc mundo vivi igne cremarentur.

III. Quid ad hæc dicis, dum hæc legis? quid co
 gitas? Quid tibi de igne illo inextinguibili videtur
 Si in lecto cygneis plumis molliter strato decum
 bens, morte gravius autumas insomnem noctem
 ducere, ob levem quàm tibi adfert molestiam; si tam
 impatienter tardantem aurorum expectas, quid face
 res si lecto ignito ferreis catenis, iisque cadentibus

[A] Serm. de gehenna.

illigatus esses perpetuò vigilans & in tam diuturnâ,
& tædiosâ noctis caligine, nulla aut auroræ aut solis
venturi spes tibi affulgeret. Si adeò mollis, & delica-
tus es, ut muscæ unius, aut calicis, vel pulicis puncti-
unculam non possis sustinere; si triduana febris, aut
exigui temporis hemicrania ita te turbet, & exagitet,
ut querulis aëra vocibus fatiges, quo pacto ardores
sempiternos perferes? Certè si oporteret te per om-
nem æternitatem sustinere pœnam; quam tibi infer-
ret minima ignis nostri scintillula, ut eam evaderes,
conferres te ad desertum, ut in aliquo spæleo inter
preces, & vigiliâs, & jejunia, summaque austeritate,
ætate transigeres, licet ad centum annos vitam esses
propagaturus. Cur modo non abstines ab his, & illis
delictis, propter quæ aliquando audies, ex supremi
Judicis ore; I maledicte in ignem æternum! vel nul-
lam habes fidem, vel amisisti mentem, adeoque es
vel Hæreticus, vel plane stolidus, qui tantas prævi-
dens pœnas, non studiosius declinas culpas. Insi-
deat menti hoc metrum:

Sunt ibi pro lignis, homines miseri, cibus ignis.

19. DIES FEBRUARII.

Æternæ civitatis januas nobis desperatio
claudit. *Isidorus de nom. bon. l. 2.*

Despera- I. **S**emel clausâ januâ æternæ ci-
vitatatis, sequitur desperatio ob-
tinendæ salutis. Illius, ja-
nuæ cardines, nullæ convellunt machinæ, illius

illius seras nulla vis effringet. Dammati igitur imprec
 dentes clausam esse januam omni bono in caelo, furor.
 pertam omni malo in orco, desperata rabies in gemitu
 ac furor accenditur, in Deum, sic eos caelo phemi
 eludentem, & punientem. Licet enim cognoscant bus, qu
 se debitores esse tantarum poenarum, tamen cu lis nil al
 ratio in furiam vertatur, turbatur, & vincitur paschal
 ira, qua perciti, ac ulcerati, se consumere vellent bernac
 & carnes proprias lacerando, & dentibus ac ma ditur,
 sibus detrahendo, si possent. Verum advertit diffona
 Deum, quem non vident, insurgunt maledictio tuum, c
 blasphemis, ac contumeliis, rabido ore, ocula rum, ac
 flamma micantibus, vultu saevo, & atroci, signis de tusione
 speratione plenis, motu, & corporis agitatione incond
 percutiunt: quae omnia significant, quantus sit do tas, tan
 lor, furor, & indignatio; ita ut deficientibus torro tanti p
 ribus, si fieri posset, ipsi in semetipsos insurgerent, sa illa c
 tormentis innumeris conficerent, addentes extremu lium to
 malis propriam saevitiam, & immortale odium. III.
 dientur ergo perpetuae quarelae patris in Filium, maxim
 contra, uxoris in maritum, servi in Dominum, singul
 diti in principem, militis in ducem, discipuli in ma quam
 gistrum, amici in amicum. nullu c

II. Quamobrem aures illorum horrendis cla
 moribus, ac ululatibus Daemonum, & caeterorum
 damnatorum, & strepitu suorum qui in maxima illa
 caverna, instar tonitruorum late remugient, & cor
 pora subinde, animosque concutient, obtrudentur.
 Aures illae ad oblucciones patulae, hiantesque ad li
 tes, & calumnias pronae, perpetuo verberare quatienu
 tur, & execrandarum vocum adversus Deum, eccle
 litesque, ac diris in Daemones, sociosque, ac se ipsos
 impre-

imprecationibus, quacunque suggereret desperatus furor. Torquebuntur præterea continuo planctu, gemitu, suspiriis, vociferationibus, clamoribus, blasphemis, maledictis, imprecationibus, execrationibus, quæ in isto specu resonabunt. Sicut enim in caelis nil aliud canitur, quàm illud eucharisticum, & paschale, Alleluja, cum Divinis encomiis; ita in tabernaculis illis tartarorum carnificum, nil aliud auditur, quàm mæstum illud væ, heu, Ah, nil præter dissonas harmonias infinitarum vocum, & ululatum, quæ per loca illa perstreperent in sæcula sæculorum, ad mensuram, & sonitum malleorum, & contusionem crudelium illorum ministrorum, in quo, incondito cantu, tanta erit vocum confusio, & varietas, tantus stridor, tantus quiritatus, tanta lamenta, tanti plangores, tanti denique ejulatus in tenebricosa illa caverna, ac si scissis undique nubibus horribilium tonitruorum fragores undique resonarent.

III. Hisce porrò tormentis hoc addi debet, unde maxima illis oritur desperatio, quod simul omnia, & singula illos torqueant tormenta, quod nulla unquam eorum sit cessatio, nullum evadendi remediũ, nullũ effugiendi asyllum, nulla mitigatio: nihil temporis diuturnitas, nihil pœnarum cum aliis societas, nihil assuetudo, nihil eorum quidquam sit, quod nostros dolores hîc leniat: nullum illic temperamentum, nullum suffragium: adversa omnia, extrema omnia, pugnancia omnia. Nil audiunt, dum clamant, à Dei Justitia, quàm illa apud Jeremiam mæstissima verb. (a) *Quid clamas super contritione*

(a) Jer. 30. 15.

qua? *Insanabilis est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuae, & propter dura peccata tua, haec tibi.* Hinc ira, rabies, furor, insania, odium desperatio. O quisquis hæc legis, si lecta, vera esse credideris, quomodo non aliter vivis? Cogita qui sint illi, qui in loco tormentorum cruciantur; Nonne sunt illi, qui fuerunt ejusdem tecum naturæ, conditionis, sexus, fors & ætatis & studii; addicti quondam iisdem, quibus tu modo vitiis? Nonne & eadem, ut tu modo commiserunt peccata? si igitur illi propter similia tuis scelera perierint, cur non & tu similiter timeris peritulum? Fateor adhuc potes, dum spiras sperare. Tu verò quisquis nunc ardès in orco, æternam ardebis: & ideò heu! illud mæstum tibi occino.

Non est quod speres, æterni criminis heres.

20. DIES FEBRUARII.

Fit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors vivit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. *Sanctus Gregorius lib. 9. Moral. cap. 49.*

Æternitas.

I. Tandem post longos viarum amplexus, & semitarum ambages, quibus per subterraneum illius spælei funesta loca deduxi, pervenisti ad peccatorum extremum, ad ipsam tormentorum mentem, quo cum nihil necesse nec esse infelicius, nec

timent

timere funestius, nec fingi atrocius possit, hic gradum
fige: quia illud est inter omnia tormenta, palmare
tormentum. Hoc autem non aliud est, quam tor-
mentorum omnium, & singulorum Æternitas. Pon-
dus immensum, de quo cogitare est horror, audire
pavor, pati immensus dolor: & hoc non timeri, si-
milis stupor. O quam sunt feralia, tanquam è flam-
meis nubibus excussa tonitrua, illa bina, quæ illo-
rum auribus perpetuò personant vocabula. Semper,
Nunquam, Semper in orco, nunquam in cælo, sem-
per à Deo, nunquam cum Deo; semper in incendio,
nunquam in refrigerio, semper in tenebris, nun-
quam in luce, semper in labore, nunquam inquiete;
semper in dolore, nunquam in gaudio; semper mi-
ser, nunquam fœlix, semper flere, nunquam ridere;
semper pati incipere, nunquam desinere: semper pre-
mi omni malo, nunquam ullo bono. O quisquis
hæc legis, vel hanc paginam funestam quam legis,
irriga tuis lachrymis, ne & tu illas binas voculas
Semper, Nunquam, unquam tuis excipias auribus.

II. Ibi anima primùm clerè intelligit, & sentit
quid sit Deus; quale sit animæ bonum, Deus visus,
& amatus: quàm hoc solum sit ejus bonum, & quo
se privavit in æternum, suâ culpâ. Hoc unum perpe-
tuò cogitat. *Nunquam videbo Deum*, nulla spes, nulla
melioris status expectatio. Cupit, & desperat simul
se visurum Deum. Horret simul quod quærendum
videt: blasphematur, odit, execratur, quod summè ta-
men amandum novit. Vitane dicenda sit an mors;
quod vivant, aut neutrum, an utrumque simul, dif-
ficile est definire: nam vitalis quædam mors est,
mors est bonorum omnium, vita malorum om-

nium, Quod timent, habent, & quod habent, timent: quod magis amant, magis cruciat; quod magis quærunt, magis ab eis fugit: finem pœnarum quærunt, & dum vident nullum esse, tantò magis illum quærunt, & tantò magis indè cruciantur. Ita juxtà tesseram, *Fit miseris mors sine morte, &c.* Ideò fremunt, indignantur, ringuntur, ferociunt, suumque in Deum ac seipsos furorem exonerant, suam ipsorum discerpunt carnem, indignantes se devorare invicem non posse. Præ suspiriorum magnitudine in pectus disrumpunt, carnem immortaliter passibilem unguibus discerpunt, in creatorem ingratas blasphemias evomunt, qui suppliciis hisce eos inextinguibilibus, ad eòque desperatis addixit, ut vermi non moriatur, vita finem non accipiat, Judex miseratione non moveatur, patronus partes defendendas non suscipiat, mediator non intercedat, carnifer torquendo non defatigetur, ignis denique nunquam extinguatur.

III. O lector, ut sis inter electos, imitare regium Vatem canentem, (a) *Annos æternos in mente habui* annos, inquam, non illos, quos ad solis cursum dimetimur, qui non amplius è duodecim mensibus, & duobus quinquaginta hebdomadis è trecentis sexaginta quinque diebus, & sex horis, sed è pura æternitate componuntur. Ibi decades, centenarios, millia, centena millia, milliones, centeni millones, millionum milliones, & infinito millionum millia annorum elapsa cum sint, tantumdem est ac si nihil fuissent. Et hæc misera miserrimis illis æternitas, Infernorum est infernus, abyssorum abyssus. Tamen

(a) *Psal. 76. 8.*

summè justus est Deus, quia justissimum est, ut, qui libertate sua, interim dum non peccare potest, abutitur, eadem, in Dei manus incidendo & æternitatis domum ingrediendo, privetur: & cùm ejus rebellio contra Deum malitiam includat infinitam, supplicia duratione infinito puniatur: quia teste D. Gregorio. (a) *Ad magnam justiciam pertinet judicantis, ut nunquam careat supplicio, qui nunquam voluit carere peccato: & ut idem qui creaturis abusus est, per creaturas castigetur, & qui dæmonum suggestionibus paruit, ab iisdem dæmonibus crucietur. Et hic finis esto de æternitate, cujus nullus est finis. Tu, antequàm pertingas ad vitæ tuæ, hoc est, vitæ, metam, ut concipias æternitatis metum, occine tibi illud crebrius.*

Non venit ad metas, orci miserabilis ætas

21. DIES FEBRUARII.

Omnis anima, aut Christi sponsa, aut Diaboli adultera est. *S. August. in Gen. ad lit.*

Una nobis **I** **E** Merfisti ex ocro adhuc vivus, fit cura ne **E** ne illo immergaris perenniter Anima mortuus, proderunt quæ fugereat geram meditandi argumenta. Anima tua hic in terris ad momentum accola, erit semel in domo Æternitatis perpetuò incola. Hic stat in bivio: ut enim gemina est domus Æternitatis. Inferorum, cælorum, sic gemina est quæ ad eam ducit semita, lata vitiorum, arcta virtutum. Per illam te manducit Diabolus, per hanc Christus. Si Anima

(a) 4. Dialog.

Anima se devoveat Diabolo, illius est adultera; Christo, illius est sponsa. Alterutrius, ut te mancipio obsequio, cogit necessitas; utrius volueris, finit libertas. Ut sis inter electos, vide quem eligas: tantum hujus electionis momentum, cave negligas. Illius enim neglectus, est certus animi interitus. Quia propter, ne Anima sit Diaboli adultera, ut sit Christi sponsa, qui sit anima tua, qualis, quanta, cujus pretii & dignitatis, ut assequaris totum animum applica omnes vires animi explica.

II. Ut animam tuam aestimes, nihil esse sub luna vel supra solem pretiosius necesse est existimes. Prodigium est cum simus superbissimi, de bono, quod post summum bonum, nihil dignitate est superius non superbire. Superbimus propter ea quibus nihil est abjectius, & humilius, ob porcorum siliquas quibus vescimus, ob vermium exuvias, quibus tegemur, ob fortunæ quisquillas, quibus extollimur; ob reculas nauci, & flocci, quibus impendimur; & animam quâ nihil præstabilius habemus, nihil penitus habemus. Verissimè Seneca: (a) *Nihil est cuiquam se vilius*. Erubescamus ita nos vili aestimare, cum sumus inæstimabiles, quandoquidem Deus tanti nos fecerit, ut semet pro nobis tradiderit. An non super omnia est homo, cum illius jam venditi redemptio, corrupti restauratio, perdati acquisitio, tanto munere agatur; (b) *ut homo Deum valere videatur?* Constat rei infinitæ pretio, & te vendes pro teruncio? O probrosum quæstum de quo nunquam quis satis fuerit quæstus! (c) *Quàm pretiosus sis, si factori fortè non credis, interroga Redemptorem.* III. De

(a) *Epist. 42.* (b) *Euseb. 6. de Pascha.* (c) *Idem hom. de Symb.*

III. Deindè tanti facienda est tibi tui unius Anima, quanti omnium. In promptu est ratio; quia Deus tanti æstimat unius animam, ac universorum. Tota immensitas Divini Amoris tuam salutem quærit, tuam Animam requirit, Cœlestis quippè pastor, tam sollicitè unam perquisivit oviculam, ac si totum perquireret gregem. Sic de una inventa lætatur, ac si in una reperisset omnes. (a) *Unumquemque hominem pari Charitatis modo diligit, quo diligit orbem universum*, ait Chrysoſtomus. Perinde enim considerare licet Dei Charitatem, ac immensitatem: uti enim totus Deus est in omnibus rebus, & totus in una, & tantus quantus est in omnibus, tantus est in singulis: sic Divinæ infinitudo Charitatis, quæ omnes animas quærit, eadem tota tum privatim requirit. Undè non minùs debes de tuæ animæ non tantum salute, sed profectu esse sollicitus, quàm si à tua salute unius, dependeret salus totius humani generis, Satiùs enim debet esse tibi perire omnes, quàm te. Contra verò, tanto debes horrore formidare tui unius interitum, ac si universum genus humanum tecum periret. Sicut igitur tam chara est Deo tui unius Anima, quàm omnium, sic omnia omnibus beneficia à Deo collata, tibi uni fecisse existima. Sic tui unius animam amabis ut omnium. Amor enim dat pretium rebus juxtà Poëtam.

Quisquis amat ranam, ranam putat esse Dianam.

12. DIES

(a) *In cap. 2. ep. ad Gal.*

22. DIES FEBRUARII.

Cui iustiùs vivam quàm ei, qui si non moreretur, ego non viverem. *Bernardus Epist. 143*

Ne pereas I.
otium
caveas.

Perspecto animi pretio, & inspecto ejus dignitate, vide non tantum quomodò deceat, sed cui oporteat vivere. Non diu te sinet de hoc deliberare prælecta tessera. Cui potius debes vitam quàm qui pro te subiit mortem? Hic sta paulisper in specula, per totum, quaquà patet; orbem, oculorum aciem latè circumfer, & non modò inter plurimos, paucos; sed inter omnes, vix unum reperies, qui illi vivit, cui debet vitam. Nihil curare fore omnium est cura, præterea nihil: ac si salus Animi esset res nihili. Nihil non agunt, ut operosè nihil agant: quorum opus quotidianum est inanis curiositas, vanitatis negotiatio, temporis perditio: student in foro, in gymnasiis, in theatris, in strinis, in viciis, in circulis, aucupari rumusculos, cupiditati suæ sitientissimè velificari, atque ita *(a) otiosissimis occupationibus perdere diem*. Sic passim homines reperies, non tantum auribus, sed pedibus malè prurientes. Nunquam sunt secum, toti effusi in reculas vanissimas, propria despiciunt, se, & sua suspiciunt, immiscent se assiduè alienis, non se continent, intra privatos ædium parietes, non commentantur, nihil attingunt, quod ratio vel honestas postulat, per alienas domos vagantur. Nunquam agunt negotium publicum,

nun-

nunquam amicorum, nunquam suum. Per viciniam ut muscæ importunæ volitant, totâ urbe, aullâ causâ, nullius bono circumcursant. Denique nunquam agunt quod agunt.

II. O quot sunt qui toti vagi, & inquieti plus foris, quàm apud se hærent; quibus singulæ dies perpetuæ sunt nundinæ, tumultuosum forum, inopis mentis, & rationis jactatio, perpetua anim fluctuatio, turbulenta in futilibus rebus sollicitudo, in caducis perennis circuitus! Nihil temporis sui sumunt sibi, nil sumunt salutis. De quibus appositè dixerit Domitius Afer de Manlio Sura oratore turbulento, actiuoso, incomposito, qui multum in agendo exilicbat, manus jactabat, togam dejiciebat, & reponerat. (a) *Non agere sed sat agere*, venustè dicebat. Hic plurimi, sui incuriosi huc illuc volitant, & cum multum occupati videri velint, & complecti animo multa, atque agitare, tamen pro se, pro cælo, pro salute, pro Deo, pro Æternitate, nihil agunt, dum omnia agunt. Interim transeunt dies salutis, præterit tempus acceptabile, eripitur è manibus cælum, gloriæ lumen obsolescit, transolvat vita, imminet mors, instat æternitas, & priùs ad decretorium illud judicium abripiuntur, quàm nos opinabamur abripiendos.

III. Alii sunt, qui exquisitis pollent naturæ dotibus, sed ignavi in languore, inertia, desidia conefcunt: nihil efficiunt ad publicum bonum, nihil ad suum: defodiunt cæli dona, oblivione virtutem, otio artem, silentio maximarum rerum cognitionem, obliteratione sapientes cogitationes, utilissima faci-

(a) *Quintil. l. 6, c. 3.*

facinora, quæ possent facile aggredi, & non diffi-
 exequi, domestico veluti stupore conspeliunt. U-
 dè languentes nihil jam grande moluntur, nihil
 vinum cogitant, nihil præclarum meditantur, vivunt
 causa solius vitæ, & plurimum se fecisse putant,
 quietissimè & commodissimè vitam agant. Illud ve-
 rò multò est indignissimum, dotibus ingenii magni
 excultos, atque à Deo ad res graviores subordinatos
 sic deterere tempus, ut ne nihil agere videantur, se-
 ad vilissima quæque abjicere, totos dies cum catellis
 ludere, cum pueris garrere, equitare in arundine lon-
 ga, in tonttrinis sedere, oberrare in triviis, cum hu-
 strionibus nugari, cum stulto illo Imperatore mu-
 cas domi contentione irridenda captare. Hoc non
 est tam vitam vivere, quàm mortem mori. Insectabi-
 tur te omne infortunium, si secteris otium: si ignavia
 torpeas, necesse est sordeas.

23. DIES FEBRUARII.

Quidquid quæsieris in terra, deterius est
 quam tu. *August. art. 2. in psal. 32.*

Diligentia I.
adhibenda
in Animæ
negotiiis.

Quidquid quæris in terra extra
 te, est infra te, imò ple-
 rumque contra te. Undè,
 dum illa quæris, te perdis. Illa stu-
 diosè investigas, in quibus nullum est boni vesti-
 gium; adeoque quæ satius est inventa perdere,
 quàm perditam quærere. Laudo diligentiam, sed
 eam, cujus finis est laudabilis. Si es diligens Dei, eris
 diligens pro causa Dei. Cui magis debita est cura,
 quàm

quàm omnia curanti? In ea præcipuè re cura amanda est, quâ nihil cures; ibi adhibenda diligentia, ubi omnia negligas. Salutis, & virtutis cura, secura est incuria. Infomnis opilio pro pecude pernoctat: cur pro Animo non expergiscimur? Cur pro Animi salute non vigilamus, ut ei invigilemus? Damnis nostris, voluptati, otio diligentes sumus: dum agitur de eo, quod inter omnia est unum necessarium, jaceamus, torpemus, oscitamus, desidemus. Ut homines ea sibi comparent bona, undè illis oriuntur omnia mala, sunt oculis Agri, manibus Briarei, pedibus Mercurii. In omnibus diligentiam potiùs supervacaneam accuses, quàm necessariam condemnes.

II. Propone bina diversissimæ indolis animalcula, Cicadam & Formicam. Cicada in æstate importunis desidet modulis: navat gnaviter Formica operas: nec sine pretio operæ. Æstati succedit hyems: illius desidia parit inædiam; hujus solertia copiam. Famet Cicada, defectu annonæ, saginat se formica, abundantiam comætas. Bestiola illa quam despectam natura fecit, quam hiemali ergastulo damnavit, ipsa sibi carcerem in horreum mutat, hypogæum in triclinium. Una omnium animalium formica dives est, habet, possidet, conditque undè vitam sustentet, famem propulset. Sat fuit de illis natura sollicita, quod eas sollicitas fecerit. Constanti formicæ labore minùs esuriunt quàm rapidissimæ aquilæ. Multa hæctenus didicisti magistrâ Experientiam, ne erubescas quædã dediscere magistrâ bestiolâ. Plus proficies sub magisterio formicæ, quàm fortunæ. Non est in manu fortunæ à te propulsare omne infortunium, atque ad eò nec reddere fortunatum.

Formica te docebit, ubi possis conderè fortunam
metu jacturæ. Est illa non tantùm ut labore sed
sed ut labori: fructu gaudeat provida. (a) *Ve-*
nox quando non potest operari. Nunc ergò dum tu
opus habes, (b) *quodcunque potest manus tua, instat*
operare. Satiùs est laborare cum Formica, quàm
sillare cum Cicada.

III. Alia tibi propone ex animalium classe, *Apicula*
& Pavonem. Quanto studio & ornatu compit
tura Pavonem, quàm negligenter Apiculam. Quod
opus aliquod tumultuarium faceret, molem corp
ris exilem dedit, speciem contemptibilem posuit, et
disposuit. Sed aufer è mundo Pavonem, quid am
temus, nisi quæ lumina oblectabat, oculatam ca
dam? Aufer Apiculam, quanta auferetur utilitas
gustus, lucis, valetudinis, & mensæ, & aræ. Pro gustu
subministrat favum, pro luce ceram, pro valetudine
melimeli, pro mensa melipecta, pro ara ceram virgineam
nem. Hæc contemptibilis bestiola, emendavit vitia
tura ergà se negligentiam suâ diligentiam. Hæc sit
& se pretiosorem, & aliis utiliorem specioso aliter
quo nihil est dignum visu præter caudam. Bestiolarum
formicam despicabilem, reddit nobis tam utilem in
dustria & sedulitas. Tot vagantur per orbem Ma
cia pulli, homines pigritiæ devoti, inertæ auctoritatis
veternosi, in rebus spiritualibus lethargici, in celestibus
stibus paralytici, qui tamen ut pavones variis coloribus,
sic fulgent picturatis vestibus: hos tollas è mundo;
do; hunc potiùs mundabis, quàm dehonestabis.
Tolle cerdones, sutores, sartores, opifices, operarios
tollis mundi omnem qua indiget opem, imò & opem

(a) *Joan. 9. 4.* (b) *Ecc. 9. 10.*

Februar.

Tessera.

147

pes. Hos mundo reddit necessarios diligentia. Fac tantum pro caelo quantum illi pro terra, pro Anima, quod illi pro corpore, & sic diligens, eris dilectus, imò, & electus.

Tegmen frange nucis, si cupis esse nucem.

24. DIES FEBRUARII.

Labor nullus, Amor magnus. *S. Augustinus de Musica, 4. cap. 9.*

Pro Anima labor bene impenditur. **D**iligentiae comes est labor. Illis labores tuos consecra, quae te Deo consecrabit, virtutibus vel si careas, obtinendis, vel si possideas, conservandis. Nullus tibi labor erit molestus, imò nullus non jucundus, si pro quo laboras, amas: Nam ubi Amor est magnus, labor non tantum est parvus, sed nullus. Maximus tuus labor sit ne in vanum labores. Tota totius vitae tuae opera, sit opus bonum, & patientia malorum. Itaque omnne tuum studium, atque adeò totum negotium sit, mala pati, & facere bona. Potes quidem laborem fugere, sed non fugare, atque adeò nunquam effugere. Tibi ipsi imponis, si proscripso labore, ad quietem te componas: penitusque deliras, nisi tibi persuadeas, plus patiendum esse, quam vivendum. Nulla vitae, quid dico? nulla diei est pars, quae sit laboris experta. Unus labor, est haeres alterius: si hunc fugis, non carebis alio succedenti. Solùm commutare laborem possumus, non declinare. In stadio es, non licet tardare, quomodo licebit stare? quomodo licebit sedere, in quo nec vacat fatigari, aut cadere?

K 2

II. Cu-

II. Cupis ad laborem stimulos? Expende quod sequitur. Si Deus creasset homines omnes simul, semel rationis usu præditos, & Gratia dotibus quales, ac ostenderet omnibus magnitudinem celestis gloriae, totumque cœli apparatus: & alibi dè apponeret patefactum Inferorum barathrum cum omni crudelitatis, & cruciatuum pompâ: & simulque divinitus revelaret, ex omnibus non tantum unicum æterna cœli gloria donandum, eum videlicet qui Deum amaret impensius, & serviret officiosius, sive qui reliquos anteiret sanctitate, & charitate: reliquos omnes perituros, & perennibus in oratione suppliciis mactandos. Quis indè suspiciens cœlum, & ejus gaudia, indè despiciens orcum, & ejus supplicia, non toto totius, & animi, & corporis conatu contenderet præ omnibus excellere sanctitate, & possit tanta gaudere fœlicitate, tanta carere calamitate? Quanta inter omnes esset æmulatio, inter singulos contentio, ut Deo, quàm possent ardentissimè servirent? Nemo esset qui non omnes exerceret vires, ut esset virtute primus. Nulli vacaret vacuum otio, nullus esset locus inertia. Quilibet strenuissimè laboraret, & tamen labor esset nullus, quia amor consequendi tanti boni, & timor evadendi tanti mali, esset summus.

III. At quanto majori stimulo nunc deberet eniti, ut excedas omnes qui hæcenus fuerunt Sanctos; Ratio multò est æquior, titulus justior, stimulus acrior ad amandum Deum, teque totum ei mancipiandum, ipsa Dei gloria, & ejus voluntas, quàm tua salus, & cunctorum interitus. Nec enim ut vel aliquid agas, vel o mittas, plus te movere debet tua utilitas

Februar.

Tessera.

149

tilitas quàm Dei voluntas. Longè cumulatiùs est Dei beneficium, multos potiri cælo, quàm paucos. Cur igitur jam remissius ferveas Deo, cum plus illi debeas? Imò si inhies tuo lucro, & non gloriæ Dei, non deberes negligentior esse, quia jam nulla obsequia erunt irrita: & quo es melior, in cælis merces tibi erit copiosior. Non esset hoc, si non nisi unicus fuisset salvandus: tunc enim ingentium laborum nullus fuisset fructus, nec majus præmium pro majoribus obsequiis: quæ tunc magis periclitarentur incerta & cassa, etiamsi magna essent, si non forent omniuna maxima: imò etsi sanctitate excederes ferè omnes, si unum solum non excederes, perindè esset ac nihil. Nunc securiora, & fructuosiora sunt merita: nunc nulla opera nostra peribunt: nunc omnis labor excipiet remunerationem, juxtà intentionem. Quid si certum esset, nullum hominem damnandum, sed omnes salvandos, non idcirco oporteret te desidem esse in virtutum exercitio; negligentem in Dei obsequio: potiùs conandum foret, accumulare plura merita, ut posses frui majori gloriâ. Ubi tot te acunt ad laborandum aculei, cave feriari, fuge otari. Tantum quod tibi commissum est negotium, nec ad momentum admittit otium. Hoc ut vites, cum otio expende illud metrum.

Oia quisquis amat, ve, ve mihi, postea clamat.

25. DIES FEBRUARII.

Multis laboribus agitur, ut longiori tempore laboremus. *S. August. epist. 45.*

K 3

I. La-

Cavenda
socordia.

I. **L**aboras ut magis labores, de
pro Deo, vel fugis laborare,
negligenter laboras; Eo labo
rabis diutiùs, quò remissiùs. Qui in Dei obsequi
torpet, & salutis negotio languet, in grandi est pe
riculo ne pereat, hoc est, æternum laboret. Te
pidus enim non se autumat malum, & hinc se
stimat securum; & ideò nulla ipsi de profectu
virtute est cura. Et hæc maxima est incuria, & for
midanda securitas. Vin' terribile aliquid dicam
ad quod tinniant ambæ tibi aures? Tepidus effulsit
Dei Misericordiam, & profusam liberalitatem con
pescit; & ne aperiat manum, quæ replet omne an
mal benedictione, quasi constringit, ne benedicat.
hinc Deus qui in summè malos, est non rarò summè
bonus & cumulatè liberalis, ergà tepidum est avari
rus, illi negat, quod aliis donat. Addam quid hor
ribilius; Deus, qui omnibus est dator, utpote
dator munerum, tepidis data aufert: rapit à pigro,
quæ dederat talenta. An non vastum est malum,
quod bonitatem non sinit nobis esse bonam? Non
ne maledictum, qui tantum habet malè? ô quam
ille non malè dixit: (a) *Maledictus homo, qui facit
opus Dei fraudulenter!* An non facit tepidus opus
fraudulenter, qui se tot meritis, Deum tantâ gloria
defraudat?

II. Non pauca sunt mala, quæ habent usum ali
quem non malum: Inter omnia mala, socordia Spi
ritus est malum pessimum, quia ad nihil juvat. Quid
pejus quàm peccata gravia? hæc tamen non leve ad
ferunt momentum, ad spiritus emolumentum, & ad

(a) Jerem. 48. 10.

Februar.

Tessera.

LSR

perverſi converſionem, cum Deus ſapientiae ſuae arcano, & inſcrutabili Miſericordiae Sacramento elicit ex malis bona: dum ſe Dei obſequio, ſerò licet, vel ideò tamen ſeriùs impendunt: Hinc ſæpè mali evadunt boni, imò ſæpiùs peſſimi, fiunt optimi. Languor ſpiritus, hæc quæ expectari poſſent, & ſperari ſolent, bona impedit. Tam eſt hæc deſidia nocens, & mala, ut propè ſe exhibeat minus utilem, & bonam, quàm ipſa peſſimorum hominum malitia. Quod eſt tinea veſtibibus, ærugo ferro, caries ligno, hoc eſt deſidia tempori: exedit enim, & corrumpit, quo nihil eſt pretioſius, tempus, dum illud ſinit prætereire ſine lucro, imò cum damno. Quin in ipſam eſt injurius æternitatem, dum efficit, ut in domo æternitatis æternum minùs gaudeat; quia minora undè gaudeat merita hic accumulât.

III. Quæri poſſet, cujus ætas ſit temporis, vel diuturnitate prolixior, vel exiguitate contraxior? In promptu eſt reſponſio. Negligentis hominis vita, licet ad luſtra plurima, imò & ætates prorogata, multò eſt brevior, quàm diligentis, tametiſi nec ad luſtrum vixerit: ſic enim in brevi explevit tempora multa, quia collegit merita magna. Unius anni ſpatio adæquavit multas olympiades, & ideò vicinioreſt hic, quàm alter Olympo. Tepidus in mundo diu fuit, ſed non diu vixit: deſidia enim tantundem, ac mors eſt. O te in hiſce tam quæſtuofiſis nundiniſ inſanum mercatorem! Quære, ſi placet, & vide, an reperire poſſis, mercatorem tam malè mentis ſanæ, qui ſi lucrum unius anni aſſequi poſſit, compendio unius diei, illud ex deſidia negliget? Minimum temporis otium, maximum pro ſalute eſt negotium:

K 4

non

non parvi est momenti, vel minimum ejus momentum, quia est æternitatis sementis. Dum temptabitur, immensi tibi lucri occasio elabitur, palma in manibus infringitur, gloria æterna imminuitur gravissimumque patris damnum, cum nullum facis cum tempore lucrum. Totus quantus es, Dei & celituum est spectaculum. Infamas gratiam Dei, dum cum gratia torpens, qui debuerat esse dignum Deo ac Cœlitibus spectaculum, te facis orco, & Decembris ludibrium. Itaque labora ne sis sine labore & fiduò, & tandem assiduitate, labor tibi erit non modo qui est molestus, levis, sed qui diuturnus, brevis. Audi monitum Vatis:

*Fac ut nulla tibi sine fructu transeat hora,
Tunc erit hora brevis, tunc labor ipse levis.*

26. DIES FEBRUARII.

Turpis qui alto somno semisomnis jacet, cujus vigilia de medio die incipit, *Seneca ep. 122.*

Socordia
mater est
somno-
lentia.

UT evitetur spiritus desidia, cavenda est somnolentia. Quid turpius, quam & tunc, cum clarum manè intrat fenestras, & dum adultus est dies, languidâ inertia, & sopore teneri? Inter omnes vitæ humanæ miseriae nulla major, si peccatum exceperis, quam somni miseria. Cætera miseriae vitam duntaxat affligunt, somnus vitam penitè affert: cæteræ calamitates, cum fœnore sunt homini molestæ: non mediocriter enim ad merita cumulanda conducunt: imò si vis, ad cœlum manuducunt.

ducunt ; itaque si patienter , & fortiter , es quoque feliciter miser. Somnus verò utrique vitæ , & corporis , & Animæ graviter officit , dum ne merearis efficit. Quare quisquis æternæ est amans vitæ , plus horret somnum , quàm mortem. Mors grassatur in corpus , somnus in corpus , & animam. Tanto videtur somnus morte deterior , quanto est Anima corpore nobilior. Mors solùm privat vita carnem , rem mortalem , & caducam ; somnus Animam , rem immortalis , & æternam. Mors non est formidanda , quia relinquit hominis partem potiorem liberam , scilicet Animam , quæ homo est , quæ amat Deum , quæ contemplatur Divina : somnus hanc partem hominis nobilissimam obruit , & sepelit , exanimem quasi ipsam animam faciens.

II. Nemo satis intelligit , quàm sit homini noxius somnus ; nisi qui intelligit quanti sit momenti , & præi Gloria Dei , quàm inæstimabilis ejus amor , & minimus gradus in terris Gratiæ , in cælis Gloriæ. Somnus suspendit omnes illas animi functiones , quibus , & augeat Gratiam , & obtineat Gloriam , & placeat Deo , Gratiæ auctori , & Gloriæ largitori. Itaque virtutis studiosi , à somno velut ab improbo , & molesto creditore se quamprimum expedire conantur : imò naturæ ita satisfaciunt , ut è somno , tanquam ex Animæ compedibus evolare gestiunt , in repetita mentis actione versentur. Non jacent in profundo velut farti , & opimi boves , spondæ adhærescentes , sed mox evigilantes , mentem , & cogitationem ad præclara omnia referunt , & tanquam in panegyri , atque nundinis , cælo , & æternæ vitæ negotiantur. Si cui homini , qui est impunè Dei amans , eligendum daretur ,

mori, an per horæ dimidium dormire, prius, nulla dubita, eligeret, ne dormiendo cessaret à Deo dū gendo. Quid igitur est somnus, quam Animæ conpultæ tumulus? Itaque plus quàm decet, & diutius quàm oportet dormire, est salutis suæ indormire; & cuti multum vigilare, est non parum salutis suæ vigilare.

III. Si tibi quis annuntiaret te redigendum ad nihilum, toto & exhorresceres animo, & contremisces corpore. Cur gaudes, dum indulgendum est somno, cū perinde est, ac si jaceres in tuo nihilo. Dormiens ergo es, ac si non esses. Quid ergo indulges somno ultra jus, cū tibi tam sit injurius? Contractum hunc cum corpore tuo paciscere, ut quiescat, quia hoc illi debitum, & necessarium, & accipiat solum stipendium: sed ita ut statim, albescente adhuc cælo surgas, & erigas te è strato, ac mentem mox inferas cælo. Et quemadmodum Anima pro quiete corporis, veluti noctu moritur, & sepelitur, ita ipsum corpus pro salute Animi moriatur interdium: dum vigilat corpus, sit mortuum huic mundo: sicut Anima dum dormit, moritur interim cælo, hoc est operibus quibus meretur cælum. Recte D. Basilius: (a) *Quis dormiens trophæum statuit?* Nimirum violenti, non somnolenti rapiunt regnum cælorum. Quàm sit homo nihili, sit licet in omnibus naturæ dotibus summus, cū dormit, accipe ex homine Ethnico. (b) *Nemo cū dormit ullius est pretii, nihil magis, quàm quis non vivit.* Unde benè Chrysologus, qui omnia optimè, (c) *Revera plus vigilare, plus vivere est.* Ut igitur plus

(a) *Orat. de Bapt.* (b) *Plato l. 7. de legib.* (c) *Serm.*

Februar.

Tessera.

155

plus vivas, minùs dormias; ut porrò mane citò vigiles, & in negotium incumbas, vesperi citò decumbas: nam

*In matutinis quicumque cupit vigil esse,
Is cum gallinis habet ire cubare necesse.*

27. DIES FEBRUARII.

Deus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. *S. Hieron. in Amos.*

Deus manè
fit omnium
operum sco-
pus.

I. **M**ANÈ evigilans, de quo potius debet esse prima cogitatio diei, quàm de Deo qui est antiquus dierum? Orto igitur jam sole, velut aquila perspicaci obtutu intuere Solem Justitiæ, qui solem suum jussit oriri super te. Ad eum, velut ad scopum jacula, sic dirige omnia tua opera. Hoc modo actiones nullius ex natura sua valoris in sublimem meritorum gradum evehuntur: sic actiones naturales, redduntur supernaturales. Sic vel mille haberes intellectus, si mille oculos, illi in solo Deo occupari deberent, & in ejus voluntate implenda. In hoc potissimum cura, industriaq; nostra versetur; ad hoc referatur omnis nostra sollicitudo; in eo præcipuè intentio nostra occupetur; hic vires Animæ nostræ fatigentur, pensū sit illud, & quotidianus labor, totius vitæ nostræ, ut inquiramus, & quæramus cum D. Paulo. (a) *Domine quid me vis facere?* Illud quod vult Deus sēper facere, est Deū verè diligere. Et ita si Deum diligis, stans in terra, jam nunc es in cælo: quia facis voluntatē Dei, in terrâ, sicut beati in cælo.

(a) *Actor. 6. 9.*

II. Incipe

II. Incipe nunc in terra facere, quod per omnes
 æternitatem nunquam defines in cœlo facere. Non
 tantum generatim omnia, sed exemplo S. Gertrudis
 minuatim singula, ut consecrentur, Deo consecra-
 videlicet voces singulas quas lecturus, characteres
 quos scripturus, bolos quos comesturus, verba qua
 prolaturus, gressus quos factururus, anhelitus omnes
 quos dormiens, & vigilans ducturus es. Hoc non
 tantum est Dei gratiam habere, sed cum gratia per
 petuo operari dum suum in Deum affectum produci
 effectis. Et quidem hæc Dei voluntas, perficienda est
 sine ulla exceptione in omnibus. Nam summum
 malum, & unum Bonum, vendicat sibi totum, & omnia.
 Sicut enim falsum est, mortuum esse quempiam, nisi
 cessent in eo actiones omnes vitales, si enim vel uni-
 ca supersit, neutiquam dici potest mortuus: ita pro-
 fus, cum quis unicum quid, licet minimum, ex sua
 faceret voluntate, non impleret is Divinam, nec suam
 voluntati plane est mortuus. Ecquid dicemus de eo,
 qui postquam pro inestimabili thesauro solverit duc-
 atos mille, renuat deinde superaddere reliquum
 adhuc ducatum unicum, illiusque causa ab emptione
 resiliat? Prudens ille in Evangelio negotiator, (a)
pro pretiosâ margaritâ, vendidit omnia, que habuit.
 Omnia cum dicit, nihil excipit.

III. Nostra voluntas sola, plura, & graviora dam-
 na invehit, quam omnes in orco demones, in exitium
 nostrum conspirantes. Contra verò Divinæ vol-
 untatis executio, est unica Pax animæ, regnum cae-
 lorum, Christi possessio, intentio ipsiusmet Dei. In-
 quiramus illum, sicuti ille nos. Scis quæ labore, quo
 studio,

(a) *Matth. 13. 44.*

Februar.

Tessera.

157

studio, quo desiderio ille nos quæsit? Audi loquentem D. Thomam, agentem de drachmâ ab illo inventa, & inventæ gaudio. (a) *Notabile est quod omnes Angelos convocat ad congratulandum, non drachmæ, non homini, sed sibi, quasi homo, Dei Deus esset, & tota salus Divina in ipsius inventione dependeret, & quasi sine ipso beatus esse non posset.* Si nos Christus tam seriò quæsit, cur ipsum veluti per jocum, lustum, & transennam quærimus? Si ille omnia quæ passus est, præ salutis nostræ desiderio parvi æstimavit, quare nos magni facimus rem nihili, ejusque causa occasionem sponte amittimus, non solum promovendi commodi proprii, sed quod multo est excellentius, insigniter propagandi gloriam Dei? Totum se nobis impendit, & super impendit, liberalissimus Deus, cur nos igitur dimidios ipsi tradimus? O execrabilis nostra superbia! qui non verbis, sed factis per abominandam blasphemiam protestamur, duplo nos amplius valere, quàm immortalem Deum: quia iustissimo, nobisque utilissimo contractui assentiri recusamus, qui est, ut nos totos Deo demus, qui se totum prior nobis donavit. Habeamus gratias illi, à quo accepimus gratis gratias, Juxta Poëtæ monitum

Arbor honoretur, cujus nos umbra tuetur.

* * *

16. DIES

(a) Tom. 13. opus. 63. 66.

28. DIES FEBRUARII.

Nemo quàm benè vivat, sed quàm diu vivat, cum omnibus possit contingere, ut benè vivant, ut diu, nulli. *Senec. ep. 22.*

Finiti
mensis
brevitas.

UNo adhuc per hunc annum vixisti mense, & si calculos subducas annorum, fortè diu; sed an etiam bene? Nulli diu vivere, est integrum, bene, omnibus est arbitrarium. Revoca in memoriam totum per hunc mensem, antea actum tempus, & invenies, uti reliquos omnes antecessores annos, & sic hunc effluxisse mensem. Ut porro aestimes inestimabile pretium temporis, & obstru-
pescas pernicissimam ejus velocitatem, quid sit tempus inquire. D. Augustinus (a) *id solum* putat quod *presens est*, hæc est, punctum. Hiccine ergo est ahæneus ille murus? hæc columna, saxumque immobile, quo nostra hæc, scilicet dum hîc nugamur, beatitas fulcitur, superbit, stabilitur! Hujus inquam apicis natura in eo posita est, ut esse valeat, si quid sit, nisi desinendo; nam quo pacto id esse putemus, quod minimè constat aliquando, eoque impetu desinit, ut teneri nisi puncto temporis nequeas, quod ipsum diripitur, fugitque dum tenetur! Siste si potes vel diem integrum, illam quam gustas attonitis faucibus lauti convivii voluptatem, dumtaxat per horam ne fluat, *inhibe*, moram huic mensi Februario jam desinenti, brevem

(a) l. Conf. 27.

brevem pone. Frustra es: te tempus citius secum abripiet, quàm ut tecum subsistat, & in suum exitium currere intermittat.

II, Et huic momento immortales annos; salutis nostræ summam huic nihilo vili, ac misero beatam postponimus? Huic sacrificamus cæci, ac stolidi, quidquid Christus suâ morte, ac vitâ comparavit? Quis lætæ noctis unius somnium, annorum centum supplicio non liceat? Quis æterna viscerum tormenta, subamari cibi levi molestiâ non redimat? Stilla oceanum? æternitatem semihora? arenæ grano, totum quantum est cælum? Hoc tamen quidquid est tam exile, ac breve, inter digitos nentis trajicitur, sed nentis araneorum telam, & in prædam muscarum intestina sua evolventis. Tot suspiciones, curæ, machinamenta, metus, cogitationes, tam temerè, tamq; improvidè, inscienterque fusæ, suspensæ, catenatæ, implexæ, hæc inquam nostra sunt plerunque studia, labores, & cursationes in auras, in vana, in nihilum, quibus in hoc vitæ individuo apice sciendo, curando insanimus, æternitatis imminentis vertici nostro prorsus immemores nobis interim pereuntis.

III. Sed labilis nostri temporis rationem nihil tam breviter, & dilucidè subjicit, ut hæc pauca Jobi verba. (a) *Umbra transitus est vita nostra.* Est enim umbra nihil propius quàm ipsum nihil? at umbræ transitus, minùs etiam aliquid ipsa umbra, cujus instar, dies nostri fugiunt. Ut enim rupi firmissimæ imposita ex ære statua, perennitatis speciem quandam refert; sic multo magis temporariæ mutabilitatis ejus statuæ umbra, utpote mobilis, varia, nunc major,

nuuc

(a) Sap. 2.

nunc brevior interdum nulla; stat enim illa ære omnini perennior, æternitatis moleſ, in vitis turbinum, & viciffitudinum flatibus; dum umbris etiam verfabilior hæc vita, plures multo, quàm luna, & Euripus, valetudinis, voluntatum, & quod eſt maxime lugendum, probitatis deceſſus; jactationeſque tum patitur, tum amat. Non opus eſt vetera repetere, ſe quicquidque unum in medio ponat, imò vel unum quemcumque maluerit vitæ ſuæ diem, & quàm fuerit labilis, jactabilis, inconstans, diſparatus, attendat. Denique ſic umbra imago eſt corporis, & vitæ hæc noſtra æternitatis, ut pertinaci obſtinatione ſuo archetypoutraque adverſetur, dum lævum dextro, ſiniſtro dextrum, æternum breviffimo, incomparabile minimo, viliffimoque repræſentat. Unum tamen eſt miſeriarum, quibus in hac vita involvitur non leve ſolacium, quod occaſio eſt, ac ſementis beatæ immortalitatis, de quo ſequenti die. Interim dum tempus pernicioſiſſimè fluit, ne ſalutis promovendæ tibi occaſio effluat, Deum ora quâlibet horâ, nam

Transit ut unda fluens, tempus, & hora ruens.

* * *

* *